BIBLIOTEKA
ORDYNACYI
KRASIŃSKICH.

Rok 1871.

A.

Dubl. 54732

WARSZAWA.
w Drukarni Jana Jaworskiego,
ULICA KRAKOWSKIE-PRZEDMIEŚCIE NR. 415.

1871.

BIBLIOTEKA

ORDYNACYI

KRASIŃSKICH.

Rok 1871.

A.

WARSZAWA.
Nakładem Ordynacyi Krasińskich.

1871.

Дозволено Цензурою.

Варшава, 12 (24) Августа 1871 года.

AKTA PODKANCLERSKIE

Franciszka Krasińskiego

1569—1573.

Marian Kiereck[illegible]

WYDAŁ

Wł. Hr. Krasiński

OBJAŚNIŁ PRZYPISKAMI

Wł. Chomętowski.

CZĘŚĆ TRZECIA

(zawierająca dokumenta od dnia 1 Maja 1571 roku do 22 Maja 1573 roku.)

WARSZAWA.

w Drukarni Jana Jaworskiego,

ULICA KRAKOWSKIE-PRZEDMIEŚCIE Nr. 415.

1871.

Marian Kierecki–
1179
UNIWERSYTET OPOLSKI BIBLIOTEKA GŁÓWNA
384087
384099

Przedmowa umieszczona przy drugiéj części „Aktów Podkanclerskich" spowodowała kilka uwag, wymagających z naszéj strony objaśnienia. Ustęp, w którym mowa o autorze zbioru przez nas wydanego, skreśliliśmy widać zbyt zwięźle lub niejasno, skoro przypisano nam z tego powodu twierdzenie, że wszystkie akta bez wyjątku są pióra Franciszka Krasińskiego. Aby nas ustrzedz od podobnego błędu, wystarczał przecież pobieżny ich przegląd. Zaraz bowiem w 1-éj części str. 110, spotykamy się z depeszą Zygmunta Augusta do Podoskiego, która oczywiście jest utworu ks. Patrycego Nideckiego Sekretarza Królewskiego, gdyż w dosłownym wyjątku zawiéra treść zleceń danych temu ostatniemu, w imieniu Podkanclerzego, przez Dobrogosta Potworowskiego Sędziego Kaliskiego. Daléj w Części II str. 234 widzimy, że tenże Patrycy miał sobie powierzony wydział korrespondencyi z Rzymem. W podobny zapewne sposób inne wydziały przez resztę sekretarzy były obsadzone, a ci nietylko przygotowywali materyały do instrukcyi i depesz urzędowych, lecz czasem nawet prywatną korrespondencyę Podkanclerzego załatwiali, jak tego dowodzi przypisek nad jednym z jego listów umieszczony: „ex minuta Solicovii" (Część III str. 237). Niemniéj jednak, wszystkie te dokumenta cechuje zupełna jedność poglądu, kierunku i taktyki, a nawet i stylu—co wskazuje w koniecznem następstwie jedność dyrekcyi. Nie myliliśmy się przeto podając Podkanclerzego za ich intellektualnego autora, który nad

kancellaryą bezprzestannie czuwał, i woli królewskiéj, wedle swego pomysłu, nadawał odpowiednią formę. W tym téż sensie należy rozumieć nasz frazes: że nie podpada wątpliwości czyjéj są redakcyi mandaty i listy, ilekroć w imieniu Króla lub Podkanclerzego były pisane. Zresztą dowodzenie nasze ku temu zwłaszcza było zwrócone, aby wytłómaczyć zkąd w naszym zbiorze znalazło się kilka dokumentów, które na pierwszy rzut oka zdawały się pochodzić nie z tego samego źródła, jakie ogół księgi wskazywał. Chodziło także o wykrycie, kto był ową osobistością, która przy intytulacyi **„Forma Unii"** *objawiła się wyrazem* **„przezemnie podana"** *(Część I str. 89). Zdaje się, żeśmy tak jednemu jak drugiemu zadaniu w zupełności odpowiedzieli, a dziś wątpliwość pod tym względem jeszcze mniéj może mieć miejsca, gdy od przeszłego roku nowy przybył nam dowód. Z wykrytego świeżo Dyaryusza poselstwa Fr. Krasińskiego do Cesarza Maxymiliana okazało się, że mowa, którą przypisaliśmy Podoskiemu (Część II str. 28) jest mową Podkanclerzego, mianą kilku laty wcześniéj, a w roku 1570 przesłaną Podoskiemu, jako allegat do instrukcyi.*

W celu uzupełnienia Aktów Podkanclerskich włączyliśmy do części III parę dokumentów, wyjętych z dzieła Margrabiego de Noailles, a będących najniezawodniéj redakcyi Fr. Krasińskiego. Daléj pod osobną rubryką „Dodatków" wydrukowaliśmy urzędowe Akta Podkanclerskie, należące do téj epoki, a niezamieszczone w naszéj księdze, które p. Aleksander Wejnert wyciągnął z archiwum Głównego Królestwa i nam udzielił. Tym sposobem staraliśmy się uzupełnić zbiór, który, jakkolwiek ważny, jest z wielu względów niekompletny. Do stosunków z Turcyą, Tatarszczyzną i Wielkiemi Książętami Moskiewskiemi, mało bardzo zawiéra przyczynków, w innych nawet działach nie przedstawia téj całości, jakiéjbyśmy sobie życzyli. To téż jedynie przemawiaćby mogło przeciwko naszemu mniemaniu, że zbiór ten uważać należy za archiwum pod-

kanclerskie. Lecz dziwić się tym brakom nie wypada, skoro nawet korrespondencya prywatna Podkanclerzego, zapełniająca akta podkanclerskie, jest równie niekompletna jak i dział urzędowy. Czytając bowiem uczone dzieło Eichhorna o Hozyuszu, natrafiamy w wielu przypiskach na przywiedzione daty listów Fr. Krasińskiego, które nie znajdują się w wydanych przez nas aktach, chociaż do tychże samych spraw należą.

Zarzucono nam daléj, że we wstępie I-éj części, opisując samą księgę, nie oświadczyliśmy, iż w oryginale nie posiada ona żadnego tytułu. Dopełniamy tego niniejszem, a zarazem tłómaczymy się, dla czego nazwaliśmy ją aktami podkanclerskiemi, chociaż część ich odnosi się już do epoki, w któréj Fr. Krasiński, złożywszy pieczęć na sejmie Warszawskim 1573 r. z pełnem prawem urzędnika koronnego nie działał. Jako nie zastąpiony do przybycia Henryka Walezyusza, pozostał zapewne przy kierownictwie kancellaryą, i redagował akta **ex commissione totius senatus.** *Rozciągnęliśmy więc i do nich ten tytuł, aby wskazać, że Krasiński był ich autorem; jak to znać zresztą z samego faktu, że objęte są księgą kończącą się właśnie w chwili, gdy na nowo urzędy rozdano. Mogliśmy idąc za znaną powagą J. Bartoszewicza, nazwać je* **acta Crasinsciana**, *tém mianem bowiem on pierwszy ochrzcił je w Encyklopedyi Powszechnéj (art. o Zygmuncie Auguście). Wydała nam się jednak nazwa ta zbyt osobistością Podkanclerzego nacechowana; woleliśmy więc akta przywiązać do jego urzędu, i tak utworzył się tytuł, pod którym wyszły z druku.*

Na ostatku niech nam czytelnik wybaczy, że wspomnimy o sobie. Spotkaliśmy się ze wzmianką, żeśmy nie powinni przywłaszczać miana wydawcy, skoro nie sami przygotowujemy materyały do druku, i pracę tę oddajemy w doświadczone ręce p. Wł. Chmętowskiego. Korzystamy z téj sposobności, acz w niezwykły sposób

podanéj, aby wyrazić całe nasze uznanie szanownemu współpracownikowi, który dla wydawnictwa trudu swego nie szczędzi, sami zaś sprzeczać się nie będziemy o tłómaczenie, jakie nadać można nazwisku i roli wydawcy. Musielibyśmy jednak protestować, gdyby za tą wzmianką kryła się chęć innego rodzaju. Przeświadczeni że biblioteka nasza jest na wpół instytucyą publiczną, i świadomi obowiązków, jakie ztąd na jéj posiadacza spływają, jak dotąd czyniliśmy im zadość, tak i nadal nie zaniedbamy zajmować się pilnie sprawami wydawnictwa.

Menton 14 Kwietnia 1871 r.

Wł. Krasiński.

AKTA

1571.

Ciąg dalszy.

I.

Sigismuudus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque Dominus et haeres.

Duci Prussiae [1].

I. Princeps Domine, Nepos noster charissime. Non possumus sane non commoveri morte non minus insperata quam immatura S. principis Electi Hungariae Regis, nepotis nostri charissimi, quae in ipso cursu ejus constituendae perpetuae amicitiae cum Caes. Rom. Majestate accidit, ex qua amicitia magni fructus ad utilitatem et firmamentum reipublicae Christianae poterant merito exspectari. Verum cum ita domino Deo placuerit, in cujus arbitrio non solum vita et mors nostra, sed etiam status et conditio regnorum et imperiorum est constituta, facile voluntatem nostram ad voluntatem ejus accommodamus, et hoc quicquid accidit, humanitus ac moderate ferimus. Officium quidem I. vestrae, quo leniendi moeroris nostri causa perfungi erga nos voluit I. vestra, ab optimo animo profectum, in quam debemus partem accipimus, et mortuo quidem ipsi aeternam ac salutarem requietem, I. vero vestrae superstiti omnia fausta ac felicia ex animo optamus.

---

[1]) Albert Fryderyk.

Quod attinet occulta nonnullorum consilia, in quibus investigandis, et quoad maxime poterit comprimendis, nervos omnes adhibituram esse se ostendit I. vestra, probatur nobis vehementer hic animus I. vestrae, dignus non solum indole ipsius, sed etiam virtute ipsa paterna, quae frangendis ac debilitandis ejusmodi conatibus nunquam ipsa frangebatur, sed semper contra audentior ibat. Cujus quidem virtutis si se I. vestra, non minus quam ceterorum bonorum ab eo relictorum, haeredem esse existimat, uti sane existimare debet, nihil est quod praeterea in hoc genere requiri posse in I. vestra videatur.

Negotia I. vestrae omnia Venerabili Oratori nostro iterum atque iterum commendavimus, nec illa solum praeterita, de quibus nobis gratias agit per litteras, sed etiam haec recentia, quae illi cum I. D. Joanne Alberto [1]) intercedere dicuntur, uti ex R. Vicecancellario regni nostri intelleximus. In quibus quantum nostrum studium exstiterit, ex ipso Vicecancellario, ad quem iis de rebus perscripserat, cognoscet I. vestra. Quam optime valere cupimus.

Dat. Varsaviae die prima Maji A. D. 1571. Regni nostri 42.

II.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Duci Prussiae.

I. Princeps et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Libenter facio, ut omnibus in negotiis I. Cels. vestrae operam meam navem, verum cum id praeterea gratum Cels. vestrae accidere intelligo, rapior ad omnia, cum majori sane animi mei alacritate. Quod cum ita sit, utetur I. Cels. vestra assiduitate studii istius mei per omnem occasionem, et sibi

---

[1]) Jan Albert Książę Meklemburski.

ita persuadebit, nihil mihi posse ab illa gratius contingere, quam cum me ad omnia ipsius negotia confidenter adhiberi intelligam. Mandatum, secundum rationem pactorum communium, pro Soldaviensibus subditis I. Cels. vestrae, adversus Judaeos conscriptum mitto Cels. vestrae, quemadmodum voluit, ad veterem subditis Cels. vestrae commerciorum libertatem restituendam. De negotio quidem Electoris Saxoniae, de quo se I. Cels. vestra diligentius ad me perscripsisse litteras peculiares significat, non memini me ejusmodi litteras videre. Quamobrem recte fortassis fecerit, si iterum eadem repeti jusserit, majoris securitatis causa. Mitto et commissionem de privatis cum D. Ilowski [1]) injuriis cognoscendis. Ea I. Cels. vestra utetur quando voluerit. Negotium quidem I. Cels. vestrae, quod illi cum I. D. Joanne Alberto, Duce Megapolense intercedit, diligenter admodum Majestati Regiae domino clementissimo commendavi et, quod I. Cels. vestra postulavit, perfeci, ut ea de re diligentissime ad R. D. Oratorem, qui est in aula Caes. Majestatis, scriberetur, nomine Regiae hujus Majestatis. Quod quidem totum ex exemplo litterarum ipsarum, quod mitto I. Cels. vestrae, cognoscet. Litteras quidem ipsas, una cum I. Cels. vestrae ad D. Jonam litteris, curriculo misi per tabellarios extraordinarios, ita, ut non dubitem eas ad Dominicam *Jubilate* perlatum iri. Quanto sumptu ea res confecta fuerit, postea I. Cels. vestrae perscribam, uti voluit. Interea obsequia mea ipsi cupio esse magnopere commendata.

Dat. Varsaviae die prima Maji A. D. 1571.

III.

Salvus conductus pro Martino Konopnicki.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest,

[1]) Kasper Ilowski.

universis. Nos certis ac legitimis causis et rationibus adductos, accepisse in patrocinium et protectionem nostram regiam Nobilem Martinum Konopnicki, Cracoviensem Servitorem nostrum, cum sociis ac operariis ejus, quos ad investigandas venas auri argenti et aliorum metallorum, atque etiam salis in villa Rabka designavimus, eisque salvum conductum nostrum regium et omnimodam securitatem a vi et potentia dedisse, quo freti, possint libere et tuto tam domi suae quam extra versari, negotiaque sua omnia licita et honesta ac multo magis ea, quae a nobis injuncta habent, sine impedimento et perhorrescentia quarumcunque, et cujuscumque conditionis personarum agere et exercere possint, et quisque eorum tam conjunctim, quam divisim possit personis et rebus ejus, sociorumque ipsius salvis et integris semper sub protectione nostra regia manentibus, uti quidem accipimus, et damus litteris hisce nostris tamdiu, quousque in dictis obsequiis nostris versabuntur, a data praesentium computando. Ea tamen conditione, ut interea omnibus iis, qui de ipsis conquererentur, Magnificus Stanislaus Barzy de Blozew, Palatinus ac Generalis noster Cracoviensis Sniatinensisque Capitaneus, cui nos specialem jurisdictionem et superintendentiam ejus, sociorumque ipsius, commisimus, jus et omnem justitiam administret. Quem quidem salvum conductum et securitatem, uti ipsi Martino Konopnicki cum sociis ejus dedimus et per praesentes litteras nostras damus, ita etiam re ipsa, quoties opus fuerit, praestaturi sumus, omnemque vim et violentiam quorumcunque hominum ab ipso, sociisque ejus auctoritate nostra regia depulsuri. Quamobrem universis et singulis cujuscunque status et conditionis subditis nostris in regno et dominiis nostris existentibus severe praecipimus et mandamus, ita omnino habere volentes, ut hunc salvum conductum nostrum in omnibus ejus punctis, clausulis et conditionibus, ad spatium temporis praescripti, firmum conservent, ipsique ac sociis ejus, eorumque rebus omnibus nullam vim et violentiam ac injuriam per se vel per interpositas personas, et quibusvis auctoribus, verba vel facto inferre audeant, neque a quoquam

inferri patiantur, imo pro officio suo prohibeant. Quod si quid unquam adversus hunc salvum conductum nostrum a quocumque actum, factum, tentatumve fuerit, in eum nos poenas violati salvi conductus nostri irremissibiliter extensuri et gravissime animadversuri sumus. Volumus praeterea quoque per magistratus, qui eo nomine fuerint requisiti, praesentes publicari, ac voce praeconis de more proclamari curari. Aliter pro gratia nostra et poenis nostris regalibus facere non ausuri. In cujus rei fidem et testimonium, praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo regni nostri communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die prima Maji A. D. 1571.

IV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris. Quod nos, tempore felicis regiminis nostri, meliorem in dominiis nostris conditionem facere volentes, dedimus et permisimus Nobilibus Martino Konopniczki de Cracovia servitori nostro, ac Floriano Morsztyn Magistro Montium Vielicensium, similiter Petro Maffono Civi Cracoviensi, et Adamo Krol notario Castri nostri Oswiecimensis; item Christofero Herdek de Doblin, ac Bartholomeo Ortalle de Verona fidelibus nobis dilectis, successoribusque illorum, plenam et omnimodam facultatem salis bancati subterranei quaerendi in regno nostro, eorum impensis, praesertim inter bona villarum Rabka et Slona, olim Magnifici Spitkonis Jordan de Zaklicyn Castellani Cracoviensis haereditaria, nunc vero Magnificae Annae de Sieniava relictae Viduae ejusdem dotalitia, ubi aquae salis rivulus, qui indicium salis bancati esse creditur, scaturit.

Interim vero dum sal hujusmodi bancatum sub terra quaeritur, ut praedicta Societas et operarii illorum facilius sumptum sufferre possint, ad venas bancati salis, investigandas et ape-

riendas, concessimus illis ad usum eorum facultatem coquendi salis minuti ex aqua rivuli ibidem promanantis; quemadmodum quidem de eo voluntatem nostram praefatae Magnificae Annae Jordanowa Castellanae Cracoviensi, jam pridem significavimus, concedimusque, adeo per praesentes litteras nostras, ad decursum trium annorum proxime sequentium. Ea tamen conditione, ut ejusmodi sal ex aqua coctum ita vendant, ne id vergat in praejudicium Zuparum nostrarum Cracoviensium. Quum vero sal bancatum per eos, Deo favente, repertum fuerit, nos istas praenominatas personas, successoresque illorum digne provisuros pollicemur, et successores nostri provisuri sunt; sub iisdem videlicet conditionibus et consuetudinibus universis, quae et quales, in Wieliczka et Bochnia, circa hujusmodi sortes, opera, et labores, observari consueverunt, ita ut labor, industria, et diligentia illorum, etiam officiorum ibidem distributione praeter ceteros recompensentur.

Proinde omnibus in universum subditis nostris, cujuscunque conditionis existentibus, nominatim vero Magnifico Hieronimo Buzenski Thesaurario regni nostri ac Zupario nostro Cracoviensi, et pro tempore Zupariis Nostris Cracoviensibus mandamus, omnino habere volentes, ne in inquirendo et coquendo sale praedicto, praenominatas personas, quovis modo impediant, quin potius eos, ubi auxilium et auctoritatem eorum imploraverint, adjuvent et promoveant.

Similiter autem damus, et permittimus eisdem personis: Martino Konopniczki, Floriano Morstin, Petro Maffono, Adamo Krol, Christofero Herdek, et Bartholomeo Ortalle, et eorum legitimis successoribus facultatem, mineras auri, argenti, cupri, ferri, stanni, plumbi, et omnis generis metalli, omninoque omnium subterraneorum thesaurorum, in montibus, campis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis, pratis, aquis, fluviis, vallibus, collibus, haereditatibus, villis, tam Nostris regalibus, quam universorum regni nostri subditorum, spiritualium et secularium, cujuscunquae status, dignitatis et praeeminentiae existentium, ac quibuscumque aliis regni nostri locis, quaerendi,

indagandi, fodiendi, aperiendi, laborandi, ad nostram et reipublicae, regni nostri, ac ipsum successorumque illorum utilitatem, tenore praesentium mediante.

Sub iisdem videlicet conditionibus et consuetudinibus universis, quae et quales in vicinis regni Bohemiae, atque aliis terris circa hujusmodi minerarum opera et labores, teneri et observari consueverunt.

Inter cetera autem, ut quodam in loco ipsi socii, vel successores eorum fodere inceperint, ab eo loco quaqua versum, nemo extraneus intra spatium duorum miliarium usitatorum fodere ausit, nisi facultate ab his personis suprascriptis vel successoribus eorum impetrata, prioribus et posterioribus litteris nostris a nobis forte in contrarium emanatis, vel emanandis, huic illorum negotio non obstantibus.

Obligamus autem praesentibus litteris nostris dictos socios, et participes illorum, ut cumprimum per Dei Gratiam ad aliqua genera metallorum vel salis, labore suo pervenerint, fortuna ipsis aspirante, faciant de omni ejusmodi rerum successu quamprimum certiores, Magnificos, Stanislaum Barzy de Blozew Palatinum ac Generalem Nostrum Cracoviensem Sniatynensemque Capitaneum et Hieronimum Bużenski Thesaurarium regni et Zuparium nostrum Cracoviensem, ac Generosum Ludovicum Decium de Volia, Magnum Procuratorem nostrum Cracoviensem, ac Zuparium Ilkussiensem, quos ipsis, ad eam rem superintendendum, designavimus. Nos autem jam exnunc pollicemur illis omnes consuetudines, alibi in ejusmodi rebus observatas manutenere, et praeterea exactionem nobis debitam Olboram vulgo dictam per duos integros annos, ab eodem tempore, quo aliquid minerae per eos repertum fuerit, remittere, prout et remittimus praesentibus litteris nostris.

Quocirca omnibus et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Burgrabiis, Consulibus, Proconsulibus, Terrigenis, Nobilibus, ceterisque Dignitariis et officialibus, et quibusvis regni nostri subditis, ubivis locorum existentibus, praesentibus requirendis, hanc concessionem nostram denuntiamus,

atque una mandamus, ita omnino habere volentes, quatenus, supranominatas personas, laboratoresque illorum, quos sibi adjunxerint in querendis mineris, et Thesauris subterrancis, cujuscumque generis, et quibuscumque in locis existentibus, nullo modo impedire ac turbare, laboresque eorum nullatenus interrumpere audeatis, imo ubi opus fuerit, ad requisitionem praesentium litterarum Nostrarum ipsos .....[1]) unumquemque ipsorum ab insidiis et impeditione quorumvis hominum eis adversantium tegatis et tueamini. Aliter pro gratia Nostra et poenis nostris Regalibus facere non ausuri.

Quod, ut illis certius ac firmius sit, manu nostra praesentes subscripsimus, et Sigilli nostri appensione communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die 1 Maji A. D. 1571.

V.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus quorum interest, universis. Expositum esse nobis auctoribus certissimis, negotium exhiberi in ditionibus nostris, Civibus Soldaviensibus [2]) subditis Illustris Domini Alberti Friderici Ducis in Prussia, Nepotis Nostri carissimi, per speciem nonnullorum mandatorum nostrorum surreptitie a quibusdam Judaeis in Cancellaria Nostra impetratorum, quibus quidem mandatis nostris praedicti cives Soldavienses arrestari ubicumque locorum in ditionibus nostris jubentur, contra expressam rationem et tenorem pactorum nostrorum cum Ducatu Prussiae jam pridem constitutorum. Quod equidem cum periniquum nobis esse videatur, subditos principis propinqui et vasalli nostri ejusmodi illicitis, et pactis communibus adversan-

---

[1]) wyraz jeden opuszczony.

[2]) Soldau miasto w Prusach książęcych.

tibus arrestationibus pignorari debere in ditionibus nostris, ante omnia mandatum illud surreptitie adversus pacta communia impetratum, tollendum et abrogandum esse duximus. Quemadmodum tollimus sane et abrogamus ac cassamus praesentibus litteris nostris, deinde autem omnibus in universum I. D. in Prussia Ducis subditis et nominatim civibus istis Soldaviensibus, veterem et usitatam libertatem restituimus, versandi libere ubicumque in ditionibus nostris, ibidemque mercandi, contrahendi et omnia honesta ac legitima negotia exercendi, ultro etiam citroque toties, quoties illis visum fuerit commeandi pro arbitrio ipsorum. Quod si quis autem est non minus fidelium subditorum nostrorum quam perfidorum Judaeorum, qui se aliquid adversus quoscumque subditos I. D. Ducis et praecipue adversus Soldavienses istos, habere existimet, hic jus suum legitime adversus illos in foro ipsorum et ditione I. D. Ducis, utpote judicis ordinarii, prosequatur. Quam ad rem quidem dabuntur ex Cancellaria nostra salvi conductus litterae Judaeis ipsis, ut tuto et secure ad instituendam actionem quibusvis subditis I. D. Ducis, possint in Ducatum Prussiae proficisci. Quod nos ad notitiam omnium deducere cupientes, mandamus omnibus Officialibus et Magistratibus nostris, ut subditos I. D. Prussiae Ducis et praesertim Soldavienses cives juxta pacta communia et secundum voluntatem nostram praesentem conservent, neque eos in libertate sua intra regnum nostrum negotiandi, praetextu mandatorum illorum nostrorum impediant, impedireve ullo modo permittant, sed potius ipsis contra adversarios libertatis ipsorum auxilio esse velint, ubi officium illorum imploratum ab ipsis fuerit. Aliter pro officio suo et gratia nostra non facturi.

Dat. Varsaviae die 1 Maji A. D. 1571.

VI.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Sueciae [1]).

S. Principi etc. S. Rex Domine frater et affinis noster charissime. Supplicatum est nobis iterum nomine honesti Joachimi Treteri civis nostri Gedanensis, ut, quandoquidem jam bellum inter S. vestram et S. Danorum regem [2]) per Dei gratiam extinctum sit, quod quidem bellum in causa fuisse, dicebat S. vestra quominus posset navem ejus, tempore Erici fratris sui interceptam, restituere, nunc tandem aut restitui ipsam una cum mercibus jubeat, aut vero praestari aestimationem ejus. Quemadmodum uberius cognoscet S. vestra ex supplicatione ipsa inclusa. Quod cum ita sit, amanter a S. vestra petimus, ut preces, supplicantis hujus subditi nostri exaudiat, et navem, qua sex annos adversus hostem usa est, cum mercibus restitui subdito nostro, aut certe aestimationem ejus praestari jubeat, sive promissi sui, sive adeo intercessionis hujus nostrae causa. Intelligit enim nos necessitatibus ejusmodi subditorum nostrorum ulla ratione deesse non posse. Non dubitamus S. vestram id, quod pridem verbo promisisse dicitur, re esse praestaturam, sicuti nos quoque in gratiam S. vestrae nihil ejusdem modi negaturi sumus. Bene valere S. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die prima Maji A. D. 1571.

---

[1]) Jan III.
[2]) Fryderyk II.

VII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Palatino Calisiensi [1]).

Spectabilis et magnifice domine, amice charissime et honorandissime. Obsequiorum et officiorum meorum commendationem. — Zawdym W. M. miłował i zawdym okazać W. M. wszelaką chęć swoję był gotów i gdzie mi się occasio do tego podała, zawdym okazował. Lecz teraz za tém, w czém się tu synowiec W. M. pan kanonik [2]) przeciw xiędzu Scholastykowi bratu memu [3]), nad wszelakie i jego i moje mniemanie popisał, przyjechawszy do Warszawy, wielcem W. M. i wszystkiemu domowi W. M. powinien, nie inaczéj jakoby właśnie mnie samego ta chęć W. M. potkała. Co da-li Bóg gdy do skutku przyjdzie, rzeczą istną W. M. zawdy pokażę. O co iżeś W. M. tém był P. Doktora Patrycego Sekretarza J. K. M. przed innemi poczcić raczył, starać się będę, iż i on i W. M. i wszystek dom W. M. tego, co się tak na brata mego obróciło, żałować nie będzie. Z tém służby swe przyjacielskie W. M. do wszystkiego ofiaruję.

Dat. Varsaviae die 2 Maji 1571.

---

[1]) Kasper Zebrzydowski.

[2]) Zapewne Krzysztof Zebrzydowski Kanonik Krakowski, wzmiankowany w katalogu Łętowskiego, T. IV, str. 310.

[3]) Stanisław Krasiński Scholastyk Gnieznieński.

VIII.

Sigismundus Augustus etc.

Famatis Procunsulibus, Consulibus, Advocatis et Scabinis Civitatum Casimiriensis et Novoforiensis fidelibus nobis dilectis. Gratiam nostram regiam. Famati f. d. Mandamus vobis ita omnino habere volentes, ut mox visis hisce litteris nostris, nobili Martino Konopnicki servitori nostro, quandocumque a personis jurisdictioni vestrae subjectis injuriam aliquam verbo vel facto se pati coram F. vestris ostenderit, et questus fuerit, suum illi officium non denegent, sed illi de iis de quibus quereretur, sine omni mora jus et justitiam administrent. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 3 Maji A. D. 1571. Regni nostri 42.

IX.

Sigismundus Augustus etc.

Thesaurario regni [1]).

Magnifice s. n. d. Pokazali tu przed nami Christof Herdek z towarzyszmi swemi kunszt, ku snadnemu ciągnieniu wielkich ciężarów za małą pracą, który kunszt i W. M. samemu będą mogli pokazać. I dali nam to znać, żeby tego kunsztu w żupach naszych Krakowskich używać chcieli ku pożytkowi naszemu i R. P. gdziebyśmy im łaskę jaką tamże w żupach pokazać chcieli. My przodkiem odesłaliśmy je do W. M., żeby tam z W. M. około wszystkiego pomówili i namowę uczynili, z którą żeby zaś do nas odesłani byli. A tak wysłuchaj ich tam W. M. i wyrozumiéj czegoby chcieli, a uczyniwszy

---

[1]) Hieronim Bużeński.

z nimi taką umowę, któraby była z pożytkiem naszym, a na któréjby też oni słusznie przestać mogli, daj nam W. M. przez list sprawę dostateczną, abyśmy wiedzieli, jakiebyśmy stanowienie z nimi czynić mieli. Factura S. tua pro officio suo et gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 3 Maji A. D. 1571.

X.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Cikowski, Succamerario Cracoviensi.

Generose f. n. d. Pokazali tu przed nami Christof Herdek z towarzyszmi swemi kunszt, ku snadnemu ciągnieniu wielkich ciężarów za małą pracą, który kunszt i wam samemu będą mogli pokazać. I dali nam to znać, żeby tego kunsztu w żupach naszych Krakowskich używać chcieli, ku pożytkowi naszemu i R. P., gdziebyśmy im łaską jaką tamże w żupach pokazać chcieli. My przodkiem odesłaliśmy je do P. Podskarbiego i Żupnika naszego, aby wysłuchawszy prośby ich, namowę z nimi jaką uczynił, któraby była z pożytkiem naszym, a na któréjby też oni słusznie przestać mogli, a o tém wszystkiém, żeby nam potém przez list sprawę dał. Lecz, iż za to mamy, że się też to tycze urzędu waszego podkomorzego, toż wam oznajmiamy i tegoż od was oczekawamy, abyście wy też w téj mierze dali nam znać przez list widzenie swoje, abyśmy wiedzieli, jakobyśmy z niemi stanowić mieli. Factura F. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 3 Maji 1571.

UNIWERSYTET OPOLSKI BIBLIOTEKA GŁÓWNA
384099

XI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris iis quorum interest vel interesse poterit universis. Quod nos, ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Nobili ac Famato Erasmo Czeczotka Consule Cracoviensi tenutario villae Lubocza, monasterii Zwierziniecensis, nobis factam, eidem tam super tenutam villae praefatae, atque Advocatiae ibidem, quam super omne jus per ipsum ad dicta bona habitum et super inscriptiones omnes, quocumque modo et tenore emanatas, etiam eas, super quas ante hac approbatio nostra accessit, vigore quarum hactenus villae et Advocatiae praefatae possessor extat, de jure nostro regio, quod nobis ex jure publico ad bona spiritualia, praesertim Monasteriorum, competit, auctoritate nostra consentiendum duximus; prout praesentibus litteris consentimus. Ita equidem et non aliter ac si antea in litteris illis approbatoriis nostris, per ipsum Erasmum Czeczotka super dicta bona impetratis, consensus noster accessisset, ibique nominatim adscriptus et specificatus esset. Quas quidem litteras, atque omne jus desuper habitum, etiam praesenti consensu nostro ex nunc approbamus et ad omnia in illis contenta, jure plenissimo consentimus consensumque nostrum damus praesentibus litteris nostris. In quorum omnium fidem et testimonium, sigillum regni nostri apponi his jussimus.

Dat. Lublini in conventu regni generali die 1 Aprilis, A. D. 1569 [1]).

---

[1]) Przywilej niniejszy wydany pod datą 1569 roku, zamieszczony został łącznie z następującym, jako wydanym na rzecz tegoż Erazma Czeczotki, pod 1571 rokiem.

XII.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium quorum interest universis. Supplicatum nobis esse a certis Consiliariis nostris pro Nobili et Famato Erasmo Czeczotka cive et consule Cracoviensi, ut eum in servitorem nostrum suscipiamus, eoque nomine protectionem illi nostram regiam et ceteras libertates servitorum nostrorum concedamus. Nos igitur considerantes operam dicti Erasmi Czeczotka Consulis Cracoviensis nobis fore utilem et commodam, faciendum esse duximus, ut eum in servitorem nostrum suscipiamus, quemadmodum quidem suscipimus per praesentes litteras nostras, eximentes illum ab aliorum officialium nobis inferiorum jurisdictione, et soli nostrae jurisdictioni eum reservantes, denique concedentes illi eadem omnia beneficia et libertates, quibus solent passim alii servitores nostri frui et gaudere. Quocirca universis subditis nostris, cujuscumque status et conditionis existant, denuntiamus, eisdemque mandamus, ut eum pro servitore nostro habeant, nec illi vim aut violentiam ullam inferrant, ab aliisve inferri permittant, sed eum sic, uti servitorem nostrum decet, tractent; atque etiam si quis unquam jure cum eo experiri voluerit, is illum non alibi quam apud nos ipsos, et apud tribunal nostrum conveniat, nec alibi quam apud nos in jus vocet, aut actionem intentet. Volumus enim, ut de eo nemo alius jus dicere, aut justitiam administrare possit, quam nos ipsi. Exceptis tamen causis criminalibus, et publicis regni nostri, aliisque civilibus contributionibus. In quibus casibus ipsum ordinariis judicibus ac magistratibus, subesse volumus. In quorum fidem et testimonium, praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo regni nostri communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die 6 Maji A. D. 1571. Regni nostri 42.

XIII.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Succiae.

S. principi etc. S. Rex domine frater et affinis noster charissime. Joannes Clavier civis ac subditus noster Gedanensis curavit nobis per quosdam consiliarios nostros supplicari, ut illum intercessione litterarum nostrarum, in consequenda solutione debiti cujusdam non solum certi ac liquidi, sed etiam in usum regni S. vestrae collati apud S. vestram adjuvemus. Sicuti ex inclusa scheda plenius S. vestra intelliget. Rogamus igitur S. vestram, ut huic tam justae supplicationi annuat, et homini isti facultatum admodum tenujum id quod sibi deberi legitime docuerit, solvi jubeat, praesertim cum ille reliquarum fortunarum suam spem in hoc solo credito suo videatur collocasse. Rem piam S. vestra factura est, quam nos omni nostra benevolentia, vel ipsi, vel subditis ejus vicissim reponemus per omnem occasionem. Bene valere S. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 6 Maji A. D. 1571.

XIV.

Sigismundus Augustus etc.

Generoso Sigismundo Myszkowski a Mirow Ducatuum Oswiecimensis et Zatoriensis capitaneo. In absentia ejus Vicecapitaneo f. n. d. Gratiam nostram regiam. Generose f. n. d. Tulimus nuper decretum pro parte consanguineorum Venerabilis olim Stanislai Ciołek Canonici Poltoviensis, adversus Franciscum Zarzecki et Anselmum Strzeżecki jus caducum contra consanguineos dictos praetendentium et defendentium. Et confirmantes decretum Famatorum Consulum Cracoviensium,

pronunciavimus, jus caducum, extantibus propinquis dicti Stanislai Ciołek, nullum esse. Supplicatum est igitur nobis ex parte executorum ipsius Venerabilis Stanislai Ciołek, ut omnia quaecumque erant ipsis ubicumque locorum, sub praetextu juris caduci, arrestata aut occupata, ea libere dimittere et ejusmodi arrestum tollere juberemus. Nos igitur decreto nostro in ejusmodi controversia lato innitentes, mandamus F. tuae, ut summam centum florenorum, quae olim per ipsum Stanislaum Ciołek, cuidam Stanislao Kawierski civi Zatoriensi mutuo data, in bonisque ejus obligata ac reformata, nunc autem istic sub specie cujusdam asserti caduci arrestata fuit, eam ex arresto liberam dimitti F. tua jubeat, itemque hortos duos ibidem in Zator jacentes, per eundem praetextum juris caduci istic occupatos, executoribus ipsis restitui ac realiter et in effectu reddi mandet. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 7 Maji A. D. 1571.

XV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Piszemy do Cesarza J. M. [1]) około facultatem przedania summy 430 m. w Neapolim, komuby się nam zdało, żeby J. C. M. przyczynić się raczył do króla Hiszpańskiego [2]), żeby w téj mierze nam zwłoka nie była. Dla czego to czynimy, albo co za potrzebę tego mamy, z listu do J. C. M. wyrozumiecie. Principalem causam restitutionis statuum illorum Barensium, niechajby przedsię J. C. M. tak jako począł, przez dziewkę swą królową Hiszpańską [3]) forytował, a do tego

---

[1]) Maxymilian II.
[2]) Filip II.
[3]) Córka Cesarza Maxymiliana Anna, zaślubiona Filipowi II.

pomagał, aby i ta co rychléj odprawiona być mogła, dla któréj rzeczy właśnie posłańca naszego w Hiszpanii chowamy, i téj rzeczy nie zaniechywać jemu rozkazujemy. Lecz interim dla tych potrzeb, które nas nadchodzą, siła nam na tém należy, abyśmy tę facultatem vendendi summam istam od króla Hiszpańskiego co najrychléj mieć mogli. O co się wy modis omnibus przez Cesarza J. M. starajcie primo quoque tempore. Jednak powiedzcie Cesarzowi J. M., iż miawszy tę facultatem, przedsię wszystkiego nie przedamy, ale zostawimy tak wiele, jakobyśmy tam Agenta albo Posła naszego wychować i inne jurgielty naznaczone płacić mogli. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XVI.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. n. d. Z tego poselstwa Moskiewskiego, którego tu temi czasy przesłuchiwamy, nie skrycie to znamy, iż to przymierze między nami, dla którego potwierdzenia tu przyjechali i niedługie będzie i przez ten krótki czas niebezpieczne. A tak na wszystkie rzeczy się oglądając i przyszłe potrzeby wczas opatrywając, umyśliliśmy summę quadringentorum triginta millium, któréj matka nasza Carolo V Imperatori ojcu Króla J. M. Hiszpańskiego pożyczyła, za uiszczeniem i obligacyą in doana Foggiae, in regno Neapolitano, przedać i te pieniądze na wojnę przeciw Moskwy obrócić, byleśmy do tego przedania pozwolenie mieli Króla J. M. Hiszpańskiego. A tak wy nie zaniechywając zwykłego starania około restytucyi statuum nostrorum maternorum, a zwłaszcza około odpisu na list nasz, któryśmy do Króla J. M. przed rokiem pisali, o to się najpilniéj starajcie, jakobyśmy to pozwolenie Króla J. M. na

przedanie téj summy co najrychléj mieć mogli, nic żałując w tém pracy i pilności wszelakiéj, gdyż nam na tém bardzo należy, które jednak dozwolenie otrzymawszy, tę wolę mamy zostawić tam téj summy tak wiele, jakoby się Agent albo Poseł nasz wychować i inne jurgielty płacić mogły. Im większéj pilności W. T. do tego przyłożysz, tém się bardziéj wedle rozkazania naszego zachowasz. Co my potém W. T. łaską naszą pamiętać będziemy.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XVII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio [1]).

Venerabilis d. n. d. Iż potrzeby co daléj to większe na koronę naszą przychodzą, tak jako to i z tych posłów moskiewskich, którzy do nas rzkomo dla utwierdzenia krótkiego przymierza przyjechali, każdy baczyć może, umyśliliśmy przedać tę summę quadringentorum triginta millium, którą mamy in doana Foggiae, zostawiwszy nieco na wychowanie Agenta naszego, i na jurgielty zwykłe. A tak piszemy do X. Wolskiego, aby się u Króla J. M. Hiszpańskiego starał, żeby to nam bez przewłoki dalszéj od J. K. M. pozwolono było. Co wy wiedząc, starajcie się, abyście assignamentum tegoroczne pospołu i z oną trzynaście tysięcy co najrychléj wyciągnąć mogli, zwłaszcza gdyż już umarł on Vicerex, który jako sami piszecie, zwykł był zawzdy zwłóczyć rzeczy nasze, a na jego miejsce jedzie kardynał Granvela, przez którego podobno ręce szło na on czas to uiszczenie in doana Foggiae tych 430 m. i który się nam i rzeczom naszym w Rzymie będąc, życzliwym pokazował.

---

[1]) Stanisław Kłodziński Kantor Krakowski, Archidyakon Miednicki.

Potém starajcie się też, gdzie możecie, jakobyśmy tę facultatem venditionis summae capitalis in Hispania bez mieszkania odzierżeć mogli. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 9 Maji 1571.

XVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Rom. Majestati [1]).

S. et E. principi domino Maximiliano secundo etc. S. Augustus etc. S. et E. princeps domine frater et consanguinee noster charissime et honorandissime. Ex iis quae ad nos diebus istis Nuncii Moscovitarum attulerunt, intelligimus, pacem inter nos, primum non diuturnam, deinde etiam suspectam et dubiam fore. Quo fit, ut durantibus brevibus istis et infidis induciis, bellum non solum meditari, sed jam etiam quodammodo apparare necesse habeamus. Quoniam autem ante omnia de nervo belli providendum est, scribimus ad Internuntium nostrum, quem in Hispaniis habemus, ut a S. Rege illo, fratre ac consanguineo nostro petat, ut nobis liceat per S. illius summam pecuniarum, per S. olim parentem nostram, Divo olim Carolo V Rom. Imperatori et Majestatis vestrae patruo mutuo datam, et in doana Foggiae in regno Neapolitano obligatam, arbitratu nostro vendere, eaque summa uti pro nervo belli adversus Moscovitas instruendi. A Majestate vestra amanter et fraterne postulamus, adjuvet hanc petitionem nostram auctoritate sua apud S. Hispaniarum regem, ac perficiat, ne quid in re tam justa et nobis necessaria difficultatis, aut etiam morae interponatur. Quibus omnibus de rebus commisimus Venerabili Oratori nostro pluribus verbis cum Majestate vestra

---

[1]) Cesarz Maxymilian II.

agere. Quem ut Majestas vestra benigne audiat a Majestate vestra majorem in modum postulamus. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ejusque nos fraterno amori plurimum et ex animo commendamus.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Cum audiremus ex litteris P. vestrae, videri R. D. Farnesio Cardinali Protectori, ut si ante pascha nihil in causa nostra obtentum in Hispania fuerit, ad alia deinceps remedia confugiamus, venit nobis in mentem petere ante omnia a S. Rege illo, ut nobis per S. ipsius liceat, summam quadringentorum triginta millium pridem per S. olim genitricem nostram in doana Foggiae collocatam, arbitratu nostro vendere. Itaque de eo diligenter ad Internuncium nostrum Petrum Volski scripsimus, eamque rem omni diligentia adhibita curari per eum jussimus. Atque adeo a Caes. ipsa Majestate per litteras postulavimus, velit eam rem intercessione litterarum suarum apud S. Hispaniarum regem adjuvare. Nam revera quoque, prout se quidem legatio ista Moscovitica dare videtur, nec diuturnas cum Mosco inducias, nec in his induciis, admodum fidem aut certam pacem habituri videmur. Quamobrem ipsa etia P. vestra ubi potest, adjuvet negotium hoc nostrum. Ut primum autem facultas ejusmodi venditionis data nobis fuerit, ita ea uti deliberatum habemus, ut tamen in regno illo partem aliquam relinquamus, quae satis sit, tum ad fovendum illic Agentem nostrum, tum vero etiam ad exsolvendas annuas pensiones a nobis constitutas. Ad litteras P. vestrae per sequentes tabellarios respondebimus. Neque enim

quicquam ejusmodi videmus, quod differri non possit. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 9 Maji 1571.

XX.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. n. d. Nie zaniechywając starać się o causam principalem de restituendis statibus, a przynajmniej o odpis na list nasz przed rokiem pisany, ante omnia starajcie się, aby nam Król J. M. pozwolił przedać wedla woli naszej summam quadringentorum triginta millium, położoną przez nieboszczkę matkę naszą in doana Foggiae, in regno Neapolitano, komu ją jedno będziemy módz przedać. Bo jako baczymy na walkę się z Moskiewskim zanosi, gdyż przymierze za niedługi czas wychodzi. A tak żebyśmy to pozwolenie co najrychlej mieć mogli, starajcie się ze wszelaką pilnością. Insze rzeczy z listu drugiego wyrozumiecie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XXI.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Latertiano.

Magnifice s. n. d. Memoria tenemus, quae nobis S. tua de praeclaro erga nos animo R. s. n. d. Generalis fratrum Sancti Benedicti, de monte Oliveti, narrare solebat. Itaque, quoniam existimamus Sin. tua esse istic cum Sin. sua collocuturam, volumus, ut illi nomine nostro prolixissime demonstret, studium hoc illius erga nos gratissimum nobis accidisse, idque ita esse,

nos per omnem occasionem declaraturos esse. Non dubitamus autem, si quid praeterea Sin. tua opus habuerit, non esse P. ejus in negotiis nostris defuturam.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XXII.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Latertiano.

Magnifice s. n. d. Quo studio semper erga nos fuerit Magnifica Catharina Sacramosa, (sic) et scimus ipsi, et Sin. tuam narrare nobis meminimus. Quamobrem volumus, ut illi vicissim Sin. tua gratiam et benevolentiam nostram regiam deferat ad omnes ipsius opportunitates; eique multis verbis demonstret, cum ea omnia gratissima nobis acciderint, quae ab illa erga nos hactenus sunt profecta, tum si ejusdem voluntatis ipsius perpetuitatem et constantiam in reliquum tempus cognoverimus, omnia nos illi benignitate nostra regia cumulate esse relaturos.

Dat. Varsaviae die 9 Maji A. D. 1571.

XXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Latertiano.

Magnifice s. n. d. Venerabilem devotum nobis dilectum Alexandrum Archirotam plerique nobis commendarunt, sed maxime omnium Sin. tua, tum cum ipsius erga nos officium praedicaret. Volumus igitur, ut ipsi quoque vicissim nunciet S. tua gratiam et benevolentiam nostram, eumque certiorem faciat, omne ipsius studium in pectore nostro gratissimo resi-

dere. Et quemadmodum nos minime dubitamus ipsum in rebus et negotiis nostris, quoties necesse fuerit, semper sui similem esse futurum, ita illum minime dubitare volumus, nos quoque in amando et renumerando illo, nullam unquam occasionem nobis oblatam repudiaturos esse.

Dat. Varsaviae die 9 Maji 1571.

XXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Eidem.

Magnifice s. n. d. Quod ad nos Sin. tua scribit de studio erga nos singulari nobilis Cola Mariae Pagliaminutae musici I. Archiducis Ferdinandi, ea nobis gratissima acciderunt. Quamobrem nunciet illi vicissim S. tua quod ad nos quidem attinet, paratos nos semper fore, ad demonstrandam illi per omnem occasionem gratiam et benevolentiam nostram regiam, maxime quod cum S. tua in eodem semper erga nos animo esse permansurum, nobis pollicetur. Quod quidem si erit, uti non dubitamus, profecto nostri quoque erga illum animi magna accessio est futura.

Dat. Varsaviae die 9 Maji 1571.

XXV.

Sigismundus Augustus etc.

Eidem.

Magnifice s. n. d. Mittimus litteras Sin. tuae, quas desiderare videbantur negotia nostra. Utatur iis sic, uti res ipsa

postulat et perficiat, ut studia eorum hominum [1]), de quibus singillatim Sin. tuae scribimus, non desint negotiis nostris. Quod superest, litteras ipsas reddet S. tua ad Cancellariam nostram ubi redierit.

Dat. Varsaviae die 14 Maji A. D. 1571.

XXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Quod cum ante menses aliquot, in causa inter Famatos Proconsulem et Consules civitatis nostrae Varsaviensis ex una, et Rugierum Sacellum Italum parte ex altera, occasione tumultus cujusdam in civitate ipsa excitati, ejusmodi decretum nostrum tulissemus, ut praefatus Rugierus a curia et aula nostra banniretur et proscriberetur, usque ad sublationem proscriptionis et banni illius ex gratia nostra speciali: cumque ejusmodi decreto nostro parendo, praefatus Rugierus, per menses jam aliquot ab aula nostra abfuerit, nec in ea versatus fuerit, cum magno dispendio rerum et negotiationum suarum; nos ad intercessionem quorundam consiliariorum nostrorum, ac inprimis R. D. Vincentii Portici S. Sedis Apostolicae apud nos Nuncii, moti gratia et misericordia nostra regia, poenam supradictam bannitionis et proscriptionis, exnunc jam praesentibus litteris nostris tollimus et in universum abrogamus, ipsique Rugiero deinceps futuris temporibus concedimus liberam facultatem secure ubique in aula et curia nostra versandi, negotiaque sua omnia licita et honesta libere agendi et tractandi, sine perhorrescentia banni aut proscriptionis supradictae, quam ipsi praesentibus litteris omnino relaxa-

---

[1]) Według notaty zachowanéj w dokumentach, inne listy tejże treści adresowane do Latercianiego, odnosiły się do następujących osób: Cezara Nigrisoli, Scypiona Scarani i Bernarda Cardetti doktora św. Teologii.

mus ac remittimus. Quocirca omnibus et singulis quorum interest, cujuscumque status et conditionis hominibus, inprimis autem omnibus curiae nostrae officialibus, et denique Proconsuli et Consulibus ac toti communitati civium et incolarum Varsaviensium, denunciantes mandamus, ut praefatum Rugierum Sacellum, hic et ubique in aula nostra atque etiam in ipsa civitate, ubi modo cum aula nostra constituti fuerimus, libere et tuto versari, negotiaque sua licita et honesta agere permittant, sine ulla difficultate et impedimento quarumcumque personarum, quin etiam si ab aliquo impediretur, quominus ejusmodi libertate a nobis praesentibus litteris sibi donata uti possit, illi adsint ope auxilioque suo, non secus, ac si bannitio aut proscriptio illa, quam per aliquot menses perpessus est, nunquam omnino intercessisset. Id quod tamen intelligi volumus sine praejudicio privilegiorum civitatis Varsaviensis. In quorum omnium etc.

Dat. Varsaviae die 12 Maji A. D. 1571.

XXVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. frater et amice charissime et honorande. Za upominek Doktorowi Weberowi już się posłał przez Prospera Nauclerium sorok soboli, mojem zdaniem niezły. Przez tegoż i konie się wyprawiły Cesarzowi J. M. Do kancellaryi też ma posłać p. Podskarbi przy prowizyi W. M. talarów sexaginta. Co się zleciło solicytować u p. Podskarbiego X. Grotkowskiemu. A tak już omnia sunt confecta. Ex Transilvania jeszcze nic nie mamy. Jechał tam p. Wojewoda Podolski [1]) na pogrzeb, któ-

[1]) Mikołaj Mielecki.

ry ma być die decima septima hujus mensis. Jakoż nie wątpimy, iż na ten dzień tam będzie. Przytém poruczono mu repetere nomine Regiae Majestatis res mobiles, quae S. Regi nostro debentur. O czem wszystkiem co się sprawi, potem się da znać W. M.

De congressu mutuo tu nic nie mówią.

Około amicabilem tractationem de terris Prussiae per postam sequentem da się znać W. M., bo to teraz ma być namawiono in senatu.

Synowcowę conditionem in tanta inconstantia valetudinis polecić panu Bogu.

Spero tamen bene fore.

O parę turów przymówię się do Króla J. M.

O probostwie Poznańskiém, żeby miało wakować nic nie słyszę; a ad vacatura beneficia Król J. M. nie chce dawać prezentacyj. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 15 Maji 1571.

XXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Co'nam pisze temi czasy kasztelan Kaliski [1]), brat rodzony X. Biskupa Poznańskiego [2]) to z listu jego wyrozumiecie, który wam oryginał posyłamy. A iż od Cesarza J. M. żadnej rzeczy nie zaniechają, gdy się od naszych takowego co dzieje, tam na granicy Szląskiej, tedy wy też nie zaniechywajcie przełożyć tej rzeczy, która się stala także świeżo

---

[1]) Jan Konarski, nie zaś Wojciech Sędziwój Czarnkowski, jak to podaliśmy mylnie w Części II, str. 249. Rzeczony Czarnkowski był w tym czasie Generałem Wielkopolskim i Kasztelanem Santockim.

[2]) Adama Konarskiego.

Radzie naszej od poddanego J. C. M. i do tego rzecz wiedźcie, jakoby się nagroda dostateczna stala według paeta. O czem nam potem napiszecie, co się tam sprawi. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 15 Maji 1571. Regni nostri 42.

XXIX.

Franciscus Krasinski Viceeancellarius Regni.

Petro Volski.

Generose domine, amice charissime. Dla wielkich a pilnych spraw koronnych natenczas, pisać W. M. nie mogę. Tylko to co się pisze w liście Króla J. M., proszę abyś W. M. cum solita diligentia sprawował. Potem będzieli co więcej, będę pisał. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 15 Maji A. D. 1571.

XXX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Umarł temi czasy w miesiącu Maju X. Kasper Hannovius kanonik W. M. Warmieński, której kanonii podanie albo na W. M. przyjdzie, albo na sedem Apostolicam, bo tu dostatecznej sprawy w tej mierze mieć nie mogliśmy. Jakożkolwiek jest, żądamy W. M., żebyś nam W. M. donationem jurispatronatus albo swoję posłał, jeśli natenczas ta kanonia przypadła na prowizyę W. M., albo apud sedem Apostolicam jednał, gdzieby to należało dispositioni Apostolicae, tak, żebyśmy my tą kanonią pro hac vice szafować mogli. Obrócimy ją na dobrego i godnego kościołowi człowieka. A my też w takowych rzeczach napotem radzi się W. M. za-

chowamy, a gdzie to u W. M. odzierżemy, tedy po księdzu Kromerze, Koadjutorze W. M. kanonią Warmieńską, której dyspozycya na nas przypadła, vigore nominationis nostrae in Coadjutoriatum Varmiensem szafować W. M. wolno dopuścimy. Mamy nadzieję, że to W. M. dla nas uczynisz, co my też W. M. za każdą pogodą nagrodzimy.

Dat. Varsaviae die 20 Maji A. D. 1571.

XXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1].

I. princeps domine nepos noster charissime. Jampridem existimabamus controversiam de finibus inter nobiles Joannem Konojacki subditum et quondam servitorem nostrum ex una, et Cleopham a Drahe subditum I. vestrae, sopitam fuisse per communes commissarios. Verum nunc etiam supplicavit nobis praefatus subditus noster ad eum modum, quem ex inclusa supplicatione I. vestra cognoscet. Hortamur igitur I. vestram magnopere, ut nulla amplius mora interposita commissiarios suos ad eam controversiam ex jure dirimendam designet, ne qua partibus occasio praebeatur ad ulteriores mutuas dissensiones alendas. Factura I. vestra pro officio suo rem nobis gratissimam.

Dat. Varsaviae die 20 Maji 1571.

XXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Iż nam piszecie, żeby część Siedmio-

[1]) Albert Fryderyk.

grodzianów po śmierci Królewicza J. M. [1]) do nas się też nachylała, możecie to i Cesarzowi J. M. per occasionem i każdemu innemu, któryby was w tem nagabał bezpiecznie powiedzieć, iż jakośmy o tem nigdy myśleć nie chcieli, tak też i chociażby nas to dobrze od kogo bez pracy i starania naszego potkało, iżby nas tém poczcić chciano, przedsiębyśmy się w to nie wdali. Dosyć mamy z swojemi rzeczami czynić, w więcej się wdawać nie chcemy, tylko abyśmy do legata naszych i do tego co nam rzeczy ruchomych tam ztąd właśnie należy, przyszli, o więcej tam nic nie dbamy. A Cesarzowi J. M. chutliwie tego życzemy, aby to tam cale i szczęśliwie do ręku J. C. M. przyszło, i cale a szczęśliwie Chrześciaństwu było zachowano. To możecie J. C. M. o nas śmiele konfirmować.

Dat. Varsaviae die 23 Maji 1571.

XXXIII.

Franciscus Krasinski Viceeancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. frater et amice charissime et honorande. List W. M. czytałem Królowi J. M. i przytém powiedziałem to, coś mi W. M. pisał zosobna, czego w liście do J. K. M. nie było. Wszystko z łaską J. K. M. przyjąć raczył.

Około amicabilem compositionem de terris Prussiae, wyrozumiesz W. M. wszystko z listu J. K. M. Co się tycze probostwa, o które mi W. M. już kilka kroć piszesz, nie baczę, aby wakować miało, a zatem nie rozumiem jako W. M. do niego pomódz. Non deero tamen per omnem occasionem R. D. vestrae, quam bene valere cupio.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya, Królewicz Węgierski, Książę Siedmiogrodzki.

XXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Curlaudiae [1].

I. princeps amice s. n. d. Gravi cum querela nobis ex parte Nobilis Erasmi Unholt servitoris et militis nostri Parnaviensis esse expositum. Quod cum non solum apud I. vestram, verum etiam coram Tribunali nostro regio causam contra Nobilem Georgium Schaphusen, de dote, quam uxori ejusdemque sororibus praefati Erasmi Unholt ex paternis occupatis bonis tenetur, obtinuisset, hucusque tamen ejusmodi decretorum obtentorum executionem habere non possit, quemadmodum ex supplicatione inclusa I. vestra cognoscet. Quamobrem ipsius nomine hac in re nobis supplicatum est, ut illi opportuno juris remedio prospiceremus. Itaque I. vestrae id denunciandum esse duximus, hortantes eandem, ut praefato servitori nostro debitam justitiam administret et decreta per eundem Erasmum obtenta, semotis quibusvis dilationibus et partis exceptionibus exequatur, et per eos quorum interest exequi curet. Fecerit nobis gratum I. vestra, quam optime valere cupimus.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XXXV.

Sigismuudus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Wyrozumieliśmy z pisania Cesarza J. M. temi czasy, iżby przed się J. C. M. rad to widział, aby

---

[1]) Gotard Kettler.

ten zjazd pograniczny Szląski stoczyć się mógł in proximo autumno, chociaż my byli J. C. M. w liście naszym wypisali legalia impedimenta, prze które ten zjazd in autumno być nie może. Jakoście i wy toż wyrozumieć mogli z kopiej listu naszego do Cesarza J. M., którąśmy wam byli posłali. Powiedzcież J. C. M., iż co się chuci naszej dotycze, niemniej tego i sobie i koronie naszej życzymy, aby to negotium finium Silesiticorum co najrychlej skończone było, gdyż tym obyczajem przestałyby już te trudności poddanych naszych i te ustawiczne skargi, z któremi się do nas w doległościach swoich od Szlązaków uciekają, jakośmy i temi czasy niedawno skargę w téj mierze P. Kaliskiego [1]) wam przesłać rozkazali. Lecz, iż to dobrze baczymy, żebyśmy też najbardziej się na to nasadzili, aby ten conventus finium Silesiticorum in proximo autumno był institutus, tedy tego żadną miarą dokazać nie możemy prze sejm nasz walny, który tam na ten czas rebus regni nostri sic exigentibus złożyć musimy, na którym koniecznie ci konsyliarze być muszą, którzy pospolicie na te tam szląskie granice deputowani bywają, przeto jako my częstokroć w téjże mierze miewaliśmy baczenie na potrzeby J. C. M., prze które więc taki zjazd a nobis desideratus et populis nostris cumprimis necessarius dochodzić nie mógł, proście J. C. M., aby też na ten czas potrzebom korony naszéj wyrozumieć a sfolgować raczył: a gdy ten zjazd żadną miarą przez nasze na ten przyszły autumnum odprawion być nie może, aby go tak jako żądamy ad proximum ver anni insequentis odłożyć raczył. A interim tak jako i my uczynimy, poddanym swoim onych ziem Szląskich srodze rozkazać raczył, aby się przeciw poddanym naszym skromnie a spokojnie we wszystkiem zachowywali; a gdzieby więc co nowego interim przypadło, to będzieli się tak J. C. M. widziało, będzie się mogło extra ordinem opatrzyć i zahamować uczynieniem zarazem sprawiedliwości z stro-

---

[1]) Jan Konarski.

ny obwinionej. Około nawigacyi Narewskiej czekamy też responsu J. C. M., o który tak jako piszecie, solicytujcie. Niemniej i około Xiążęcia J. M. Pruskiego, czekamy, abyśmy wiedzieli, jako tam rzeczy jego pójdą, o których nam znać dawajcie.

Co się tycze amicabilem compositionem około ziem Pruskich z mistrzem Niemieckim, zjechało się temi czasy było do nas panów nie mało, ku temu poselstwu Moskiewskiemu. Gdzieśmy też i ten artykuł Ich M. proponować kazali, około tej amicabilem compositionem, ponieważ w tej mierze nic sine consilio publico postąpić nie możemy. I wyrozumieliśmy to z Ich M., iż nie są od tego, abyśmy w tej mierze posły nasze do J. C. M. posłali, ale nie drzewiej, aż z sejmu, gdzie około tej wszystkiej rzeczy gruntowniejsza deliberacya być ma, przy bytności nietylko consiliariorum, ale omnium ordinum regni nostri, i tam się dopiero wszystek postępek spisać ma, którego się posłowie nasi w tej sprawie dzierżeć mieć będą, wedla namowy omnium ordinum, bez których w tej mierze dziać się nic nie może.

Proścież J. C. M., aby tę rzecz tak zadzierżeć raczył aż do onego czasu sejmu naszego koronnego. Jeślibyście tam co około Andrzeja Owadowskiego, dworzanina naszego wywiedzieć się mogli, któregośmy zarazem po śmierci królewicza nieboszczyka do Siedmigrodzkiej ziemie posłali, dawajcie nam znać, bo tu jako od nas odjechał, tak o nim nic słyszeć nie możemy. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Granvellano.

I. principi et R. in Christo patri D. Antonio Granvellano. S. R. E. Cardinali et perpetuo Administratori Archiepiscopatus

Mechlinensis ac Viceregi et Locumtenenti Generali in regno Neapolitano.

I. Princeps et R. in Christo pater domine, amice noster charissime et honorandissime. Cum primum ad nos nuncius allatus esset de recenti ista, quae I. ac R. P. vestrae delata est, Viceregis Neapolitani dignitate, gratulati eam confestim sumus non magis ipsi, cui maximas quasque dignitatis accessiones ex animo faveremus, quam regno isti, quod videmus placidissime in aequitate et humanitate illius conquieturum esse. Tum autem quoque nobis ipsis non parum gavisi sumus, optima spe concepta de celeriore quorundam negotiorum nostrorum explicatione in regno illo, quae a multo tempore, cum maximo fastidio nostro, hactenus differebantur. Quod igitur ad primum statim nuncium fecimus, id hoc etiam tempore per litteras nostras I. ac R. P. vestrae significandum esse duximus. Postulantes ab I. et R. P. vestra, ut tam negotia nostra quam gestorem ipsorum Venerabilem Stanislaum Kłodziński Cantorem Cracoviensem et nostrum istic Agentem, habeat quam commendatissimum: et quibuscumque in rebus gratia et benevolentia I. ac R. P. vestrae opus habuerit, ostendat sibi negotia nostra non minus chara esse, quam nobis cordi sunt omnes ipsius accessiones; quae sane quo majores fuerint, hoc nos semper majore voluptate affecerint. Cetera commisimus eidem Agenti nostro I. ac R. P. vestrae exponere, cui fidem habebit. Bene valere I. P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Alexandrino [1].

R. in Christo patri etc. R. in Christo pater domine amice

---

[1]) Michał Bonellus.

noster charissime. Etsi multa jampridem audiebamus de sceleribus Joannis Laurentii Papacodae, quae is, tum privatim adversum nos, tum publice, pessimo omnium mortalium exemplo, passim in vita sua designavit, memores tamen et dignitatis nostrae regiae, et ejus denique moderationis, quae nobis divina benignitate est attributa, ita nos semper gessimus, ut quamquam ne postulantibus quidem nobis, multorum hominum studia nobis non deessent, qui se ultro indignitates nostras ulcisci in illo velle demonstrabant, etiam sine ulla opera ac praesidio nostro: nemo tamen ac ne ipsi quidem, quemadmodum arbitramur, S. Sedis Apostolicae Nuncii, cum quibus per haec tempora multa de multis familiariter et libere sumus collocuti, aliquid in nobis singularis acerbitatis notare unquam potuerint contra illum. Nimirum nostras privatas injurias Deo Opt. et Max. committebamus, vindictam autem publicorum magis facinorum, quam privatarum injuriarum nostrarum, ab illo solo expectabamus. Interea tamen, quod fatendum est, non deerant sermones nostrorum hominum, qui unius Italici hominis facinora in totam vestram gentem ac nationem Italicam vulgare, nosque adeo ipsos ex uno Italo omnes reliquos ejus nationis noscere ac aestimare volebant; ita quidem ut ipsos quoque S. Sedis Apostolicae nuncios ad nos venientes, in eandem invidiam apud nos adducere minime dubitarent: quam ipsam sedem illa etiam suspitione onerabant, quasi ea crimen haereseos et discessionis ab ecclesia, non ex animo odisset, sed in externis modo et ultramontanis ac transmarinis nationibus persequeretur, in suis non solum ferret, sed etiam propemodum approbaret: quando in sinu pene suo eum hominem foveret, qui tot et tam clara documenta in vita dedisset, contemptae, et pro nihilo habitae religionis Christianae. Quos quidem invidiosos admodum et pernitiosos hominum sermones, cum saepe R. hic in Christo pater D. Vincentius Porticus S. Sedis Apostolicae apud nos Nuncius, exaudiret, cumque eis remedium tandem aliquod affere cuperet, a nobis petiit, pateremur illum pressius aliquid de ejusmodi hominis istius sceleribus in-

quirere, ex iis testibus, quos forte posset in regno nostro adipisci. Quod etsi initio constanter admodum negavimus, ut qui deliberatum habebamus, dignitatem nostram contagione negotiorum istius hominis nulla in parte inquinare, ad extremum tamen saepe eadem R. D. Nuncii postulata audiendo, assensimus: magis adeo, ne id, quod ille tanta contentione flagitaret, negare ipsi videremus, quam ut ab hominibus nostris aliquid ejusmodi elici potuisse crederemus, quod cuiquam perniciem ullam creare posse videretur. Sunt enim, quod sciunt omnes, qui in hoc regno unquam versati sunt, nostrorum hominum ingenia ejusmodi, ut neque curiose observent facta aut dicta aliorum, neque satis meminerint, nec vero se ulla ratione in caput alterius etiam flagitiosissimi hominis exquiri patiantur. Nunc ad nos R. D. Nuncius venit, et quae hactenus exquirendo pro testimonio comperisset, summatim exposuit: quae ipse se ad S. D. Nostrum [1]), aliquanto ante misisse affirmavit: denique hominem illum sceleratum ex Regno Neapolitano evocatum, Romae in carcerem conjectum jam esse dixit. Quae nos quidem dum audiremus, etsi in ea sane re manifestam divinae ipsius Majestatis vindictam cernebamus, tamen quae testimonia ipsa ad S. ejus hinc missa esse cognoscebamus, dubitare nonnihil coepimus, etsi testimoniis illis necdum satis omnia, quae de homine illo compertissima sunt, detecta esse videbamus, ne ea quoque, quae ad eum modum utcumque conquisita et in illam publicam formam redacta, ad S. ejus missa essent, studio aut opera nostra conquisita esse viderentur: quod quidem sicut a re ipsa alienissimum est, ita opinione hominum dignitati nostrae regiae impingi, pati sane non possumus. Itaque haec nobis ad P. vestram perscribenda esse duximus, ut ipsa, quam moderationem animi nostri et quae consilia nostra in hoc genere esse et fuisse, ex his litteris intelligit, de iis cum ceteros, tum praecipue S. D. nostrum, partim voce ipsa sua, partim etiam sermone harum litterarum nostrarum, quas S. ipsius

---

[1]) Pius V.

per P. vestram legi cupimus, et velit et possit S. ipsius, quantum opus esse existimaverit, facere certiorem. Reliqua quod attinet, quandoquidem jam testimonia ipsa missa sunt et quae facta sunt, infecta amplius per nos reddi non possunt, equidem eum hominem, quem, cum recentia ipsius essent erga nos malefacta, pro modestia tamen animi nostri tulimus, nunc cum nihil ejusmodi novi acciderit, profecto capitali odio minime prosequimur. Verum si id, quod non obscura conjectura providemus, dissimulare pro dignitate Sedis Apostolicae non debemus, equidem uti supplicio tantis sceleribus debito valde religionem catholicam in hoc regno nostro corroboratum iri plane cernimus, etiam in eorum animis, qui se pridem ab ecclesia segregaverunt, ita si forte, quod absit, tanta-tamque manifesta scelera abirent impunita, vel favoribus oppressa veritate, vel opibus cujusquam ab imminente poena subtracto homine scelerato (quod quidem etsi a nonnullis tentari audimus, tamen hoc a Pontifice obtineri posse nunquam existimamus), nullam majorem maculam Sedi Apostolicae inuri, nullam majorem pernitiem religioni catholicae in regno nostro inferri posse judicamus, sed haec quidem P. vestra, sibi tantum, et S. Domino nostro, animo profecto sanguinis alieni minime sitienti, perscripta esse existimet.. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Probatur nobis magnopere ea, quae se cum Cardinali Granvellano tum coram, tum per litteras egisse scribit P. vestra de negotiis nostris. Non dubitamus, si is est, qui esse passim praedicatur (uti quidem esse, facile P. vestrae affirmanti assentimur), quin is in hoc proregno suo

non sit justitiae nostrae obfuturus, quae illi est tam plane et tam vivide per P. vestram commendata. Nos etiam illi dignitatem istam Proregis per litteras nostras gratulamur, nec verbis solum, sed etiam quadam ex parte rebus ipsis. Nam pelles Sabellinas, uti P. vestrae videbatur, donare illi nomine nostro jussimus, et plura etiam de benignitate nostra polliceri, si eum justis nostris favere perspexerimus. Quae ut illi P. vestra etiam atque etiam commendata faciat, P. vestram hortamur. Nec minus probantur illa nobis, quae ad Cardinalem Caraffam [1]) perscripsisse se significat de iisdem negotiis nostris: quae profecto quoniam ita perscipta sunt, ut conjuncta cum singulari familiae suae laude esse videantur, non possunt sane hominem non magnopere commovere. Testes, quos se hinc P. vestra scribit adversus Barrabam expectare, jampridem misimus, et cum haec scriberentur, Romam venisse existimabamus. Ne desit P. vestra per hanc occasionem negotiis nostris, ne, si avicula illa evolaverit, fiant posteriora deteriora prioribus. Malvetio [2]) quem nobis meminimus a P. vestra commendari, non defuimus: cui etiam pensiones ejus integras numerari jussimus.

Quod pridem P. vestram de Nuncio S. D. nostri in Moscoviam, scribere meminimus, ad id nonnisi de consilii nostri sententia, P. vestrae respondendum esse duximus. Non videri consiliariis nostris per ditiones nostras transitum illi praeberi posse, ne indutiarum quidem tempore. Quorum quidem sententiae nos etiam ipsos, quanquam alioqui S. Sedi Apostolicae per omnia gratificari cupientes, accedere oportuit, non ideo quidem, quod non idem nos velimus ac cupiamus religioni catholicae, quod cupiunt, qui illi optime cupere videri volunt, sed quod non minus nobis ipsis quam consiliariis nostris perspecta sit lubrica fides et elatus, ac ejusmodi rebus insolescens animus barbari illius: qui cum per se satis alioqui latino ac romano

---

[1]) Antoni Carafa.
[2]) Emil Malveci.

nomini infensus sit, tum iis sane ejusmodi Romanis legationibus ad se institutis semper est factus efferatior, uti omnium temporum historiae attestantur. Quanta sit in uno Hebreo convertendo difficultas, etiam vulgari nostro proverbio celebratur. At vero multo major esse dicitur in Graeco aut Ruteno convertendo, quid dicemus in tota gente Graeca aut Rutena ad catholicam religionem adducenda? Quod scimus loquimur, et quod videmus testamur. Quod si forte ab aliquibus testimonium nostrum non recipitur, magnopere verendum esset, ne idem illis accidat, quod cani Aesopico in fabellis accidisse memoratur, qui, dum umbram carnis in flumine captaret, ipsam etiam illam carnem, quam ore jam tenebat, amisit. Quod nos quidem hoc loco familiariter P. vestrae exponendum esse duximus.

De morte Palmerii [1]) Advocati nostri intelleximus. Non videntur autem (quod soli P. vestrae scribimus) nobis interea plures Advocati esse necessarii. Quod si quem istic P. vestra necessarium esse existimat, ei semper poterit aliquid potius extra ordinem numerare, quam annuam pensionem constituere. Quod petit, veniam sibi concedi ex urbanis istis caloribus discedendi, id P. vestrae integram esse volumus. Nec dubitamus tamen negotia illa nostra curae fore, si quid ejusmodi emerserit, quod cura ipsius indigere videatur. Nunc quidem quae ad Cardinalem Alexandrinum in negotiis nostris scribamus, id ex exemplo litterarum ipsarum, quod P. vestrae mittimus, P. vestra cognoscet. Ad cetera alias P. vestrae respondebimus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 23 Maji 1571.

---

[1]) Palmiero, patrz Część I, str. 253, 254, 336, 342.

XXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Klodziński.

Venerabilis d. n. d. Co się tycze więcej Adwokatów na miejsce Palmerii niedawno zmarłego, nie baczymy na ten czas tego, abyśmy ich więcej potrzebowali, gdyż o wierze i godności tych, które tam jeszcze mamy, tak rozumiemy, iż tym rzeczom równym, które się teraz tam toczą, snadnie zdołać mogą. Będzieli ich potem więcej potrzeba, nie omieszkamy wam wolej naszej oznajmić. A iż nam Brancaci [1]) pisał za jakimś doktorem na to miejsce, możecie mu to co piszemy powiedzieć, z tym dokładem, iż gdy przyjdzie do tego, że więcej Adwokatów potrzebować będziemy, nie zapomnimy na on czas zalecenia jego.

Kardynałowi Granvelli winszujemy przez list nasz tego Wicerejostwa Napolskiego, na które wysadzon jest, który list oddacie i in eandem sententiam, jako z kopii tegoż listu, którą wam posyłamy, wyrozumiecie, winszować mu istam dignitatem imieniem naszem będziecie, zalecając mu sprawiedliwość naszą w tych rzeczach, które tam imieniem naszem sprawujecie, a ofiarując mu chęć i benignitatem nostram, gdzie po nim przychylność do spraw naszych, tak jako sobie o nim obiecujemy, znać będziemy. A natenczas sobole te, które tam nasze przy sobie macie, jemu oddacie, czas upatrzywszy po temu. A starajcie się per istam occasionem, aby zapłacić kazał tak censum nostrum annuum 43 m. jako i one 13 m., które nam dawno dłużno. Dajcie nam znać o Marynie Arkamonie, to zwłaszcza, jeśli się upomina albo bierze prowizyę swoją zwy-

---

[1]) Kamil Brancazo.

kłą na miesiąc, bobyśmy nie chcieli tego kosztu próżno czynić, gdzieby nam służyć tak jako obiecała, wedla sprawiedliwości naszej nie chciała.

O Westriusie Adwokacie w Rzymie pisze ks. Kardynał Warmiński, iż się mu nie może już odmawiać jurgielt jego raz naznaczony. Myć zaprawdę tego nie pamiętamy, abyśmy mu jurgielt jaki naznaczyć mieli. To pamiętamy, żeśmy wam roku przeszłego napisali w liście naszym, de data 23 Augusti, iż na to co się mu było pro illa vice dało, przyzwalamy, deinceps o jurgielcie żadnym wiedzieć nie chcemy, ale gdy go nam potrzeba będzie, wolimy, iż się mu extra ordinem dawać będzie.

Podoba się nam to, iż tam chcecie komponować te differentias, które Hostunium pretendowało do tych czasów. Jedno tak czyńcie, jakoby było bez szkody naszej. Gdyż jako piszecie, przyszła tandem z Hiszpanii rezolucya de procedendo ex officio in causa expilatae haereditatis, chociaż była directa defuncto Viceregi [1]), tedy wy się starajcie, jakoby była przez teraźniejszego Vicereja bez mieszkania exekwowana, tak jako widzimy, iż sami uczynić chcecie.

Insze rzeczy tak jakośmy wam pierwéj pisali, na baczeniu miejcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 23 Maji 1571.

XL.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater et D. D. colendissime. Obsequio-

---

[1]) Zmarły Wice-Król Neapolitański Perafano de Ribera, Książę Alcala.

rum meorum commendationem. Probantur regiae Majestati magnopere ea, quae cum Cardinalibus Granvellano et Caraffa per P. vestram acta sunt. Quorum ipsorum si exitus optabilis fuerit consequutus, nihil erit, quod ad plenam Majestatis ejus laetitiam desiderari hoc tempore posse videatur. Revera magna ad spem rerum recte conficiendarum accessio facta est, recenti ista Cardinalis Granvellani Proregali dignitate, praesertim cum I. P. vestram tanti facere videatur. Itaque obtinui apud Regiam Majestatem, ut, et gratularetur illi per litteras eam dignitatem, et praeterea pellibus illis Sabellinis munerari eum juberet. Reliquum I. P. vestra diligentia sua, et instituta cum eo ac confirmata hactenus amicitia conficiet. Quod scribit, sperare se Bari et Rossani restitutionem, quanquam non simplicem, sed conditionibus aliquibus oneratam, quodque se sententiam Majestatis regiae de iis conditionibus scire jam nunc cupere significat, id mihi sane ejusmodi esse videtur, ut praescribi hoc tempore non possit. Satis est, id I. P. vestra, ut primum certi aliquid de conditionibus acceperit, ad Majestatem Regiam confestim de omnibus perscribat. Quanquam ne illud quidem dubito, nos eodem fere tempore de iis nuncium esse hic accepturos, quo vos istic accipietis. Saepe enim ad nos per aulam Imperatoris litterae ex Hispaniis satis recentes afferuntur. Nos ubi quid ejusmodi ex Hispaniis acceperimus, in mora non erimus, quominus statim de voluntate Regiae Majestatis faciamus I. P. vestram certiorem. Nunc imminentibus his caloribus, ita ex iis quae scribit I. P. vestra colligo, esse ipsam aliquo ex urbe concessuram. Cum igitur esset nonnihil, quod Majestati Regiae referendum esse hoc tempore ad S. D. nostrum videretur, id ipsumque ejus generis esset, quod mihi per alium commode apud S. ejus explicari posse videretur, ne I. P. vestra ea sola de causa in urbem retraheretur, dedi operam, ut id R. Cardinali Alexandrino [1]) committeretur. Quidquid esset tamen, faciendum mihi esse existimavi, ut id I. P. ve-

---

[1]) Michał Bonellus.

stra ex exemplo litterarum ipsarum quae ad Alexandrinum mittuntur, cognosceret, ut suo tempore sciat, quonam modo se ad voluntatem Regiae Majestatis accommodare debeat. Opto I. P. vestram bene valere, cui etiam obsequia mea defero.

Dat. Varsaviae die 23 Maji 1571.

XLI.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Insze rzeczy z listów J. K. M. wyrozumiesz W. M. Co się tycze tego, iż W. M. piszesz, że się niedobrze wdawać w odpowiedzi albo w odpisy jakie z temi Włochy, takem ja też sam zawzdy rozumiał, bo wiem, iż oni umieją ex musca facere sibi elephantum. Ale czasem musiało się koncedować po te czasy wam Agentom, którzyście więc o to sollicytowali, aby się im odpisowało na najmniejszy listek i zawzdy z podpisem J. K. M. Deinceps providebitur, aleby to tak tam pokrywać, żeby tego tam nie obaczono. I teraz dla tegoż się Brankacemu nie odpisuje na ten list, którym Adwokata tam jakiegoś na miejsce Palmerii kommendował. Będziecie mu wy tam umieć cudnie, nadobnie powiedzieć mentem Regiae Majestatis, nie odrażając go tem od posług J. K. M. Tranachi już będę czekał od W. M.

Co się tycze jurgieltu Brankacego, nie baczę inakszej jako żywo deklaracyi Królewskiej, jedno, aby się mu była dała jedna prowizya jego na Wielkąnoc anni praeteriti 1570, a druga teraz anni 1571 na Wielkąnoc niedawno przeminęłą, nie rachując nic kiedykolwiek się służba jego poczęła. I toż jest rozumienie onego listu Króla J. M. de data secunda Julii anno praeterito, iż prowizya, to jest płaca za służby jego, poczynała się a festo Paschae praeterito tym obyczajem, iż tam natenczas miał wziąść pierwszą prowizyą, a teraz na tę Wielkąnoc blisko

przeszłą in anno praesenti, miał wziąść drugą. Tego będzieli trzeba podeprzeć znowu listem Króla J. M., może się potem podeprzeć; aleć sam przywilej przez się dosyć jasny widzę.

Soderinom proszę zapłać W. M. to co im Król J. M. winien. Jako tam W. M. pokażą wedla listów Króla J. M. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XLII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Nie mając natenczas co innego W. M. pisać, tylko to W. M. oznajmuję, iż mi listy W. M. bywają zawzdy bardzo miłe. A tak W. M. w tem przedsięwzięciu nie ustawaj. Negotia Króla J. M. miej W. M. na pieczy. Już tam podobno W. M. macie te testimonia, którzy tu od nas przeciw Papagodzie wyjechali. Insze rzeczy też, zwłaszcza Neapolskie i Hiszpańskie, spodziewamy się za łaską Bożą, iż pójdą nienajgorzej, w Neapolim quidem za przyjechaniem na Wicerejostwo Cardinalis Granvellae, a w Hiszpanii za życzliwością tegoż Wicereja i za pilnością księdza Wolskiego. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 23 Maji 1571.

XLIII.

Idem.

Episcopo Posnaniensi [1].

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Obse-

[1]) Adam Konarski.

quiorum meorum commendationem. Referowałem to wszystko J. K. M. co W. M. piszesz z Inspruku z tej rozmowy, którąś W. M. miał postremo z panem z Berstina, bom potem listu żadnego od W. M. nie miał. J. K. M. wszystko z zwykłą łaską swą od W. M. przyjmuje. Z Siedmigrodzkiej ziemie mało co jeszcze słyszymy. Pisali do Króla J. M. konsyliarze tamci dwakroć zalecając się J. K. M., a dając tak o śmierci Królewicza nieboszczyka jako i o czasie pogrzebu, który jest constitutus ad diem 17 Maji. Posłał tam Król J. M. przodkiem dworzanina swego P. Owadowskiego, potem JP. Wojewodę Podolskiego [1]), tak dla odprawienia pogrzebu jako i propter repetenda legata et res immobiles należące J. K. M. W której obojej rzeczy to nas niepomału cieszy, iż ta tam Rada gerit se pro executoribus testamenti i tak się podpisują, a k temu regiment onej prowincyi włożon na nie jest od wszystkiej ziemie, a oni zalecają się J. K. M.

Tu na ten czas zjechało się było panów nie mało do Króla J. M., na którym zjeździe odprawiono naprzód posły Moskiewskie, którzy wzięli przysięgę od J. K. M. super inducias triennales, potem odsądzili się aliquot causae, które były in relatione. Nakoniec i deliberacya była około Pruss i Inflant, quibus nonnihil periculi imminere videtur. Pojednaliśmy też p. Czechowskiego [2]) z p. Wojewodą Kijowskim [3]) o Tarnów etc.

Z tem się W. M. zalecam, życząc W. M. od P. Boga zdrowia i wszystkiego dobrego.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A D. 1571.

---

[1]) Mikołaj Mielecki.
[2]) Stanisław Tarnowski, Kasztelan Czechowski.
[3]) Konstanty Książę Ostrogski.

XLIV.

Idem.

Thesaurario regni Poloniae [1].

Magnifice domine, amice charissime et honorande. Służby swe przyjacielskie W. M. pilnie zalecam. Aczem przedtem zalecił W. M. rzecz p. Malwecego [2]) około zapłaty jurgieltu jego wedla rozkazania Króla J. M. i nie wątpię, iż W. M. łaskawie się w tej mierze zachowasz za zaleceniem mojem. Wszakoż, iż wiem, co na tem p. Malwecemu należy, aby bez mieszkania odprawę mieć mógł z żup J. K. M., a człowiek jest dobry,' cnotliwy i wszystkiemu narodowi naszemu przychylny, proszę i powtóre W. M., abyś go W. M. bez mieszkania odprawić kazał, dawszy te pieniądze, które mu przyjdą wedla listu J. K. M. ręką temi czasy podpisanego. A ja też co mi W. M. rozkażesz, zawzdy będę gotów uczynić na każde rozkazanie W.M. Z tem się łasce W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571.

XLV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis. Intercessum esse apud nos per certos senatores nostros, nomine honestae Helisabethae Jurkowa, relictae olim Georgii Gorczyca Lanii ac civis Clepardiensis, viduae, ut censum annuum recemptionalem alias *na wyderkoff*, quinque flo-

---

[1]) Hieronim Bużeński.
[2]) Emil Malveci.

renorum per mediam sexagenam in moneta et numero Polonicali computatorum, pro summa centum florenorum similis monetae et computi, in et super domo ipsius partim murata, partim lignea Clepardiae in platea longa consistenti, inter Valentini Przezdziecki Pellionis et Casparis Gaza civis Cracoviensis domos, liceret ipsi nostro consensu et auctoritate regia vendere Venerabilibus Praelatis et Canonicis, totique Capitulo ecclesiae collegiatae S. Floriani in Kleparz, pro cultu et laude Dei in eadem ecclesiae augendo, super altari per honestam Helenam Raczkowa civem Clepardiensem, in medio templi extructo et eodem proventu annuo dotando. Nos itaque hunc zelum bonum et pium studium ad laudem et gloriam Dei promovendam considerantes, ad ejusmodi census reemptionales, alias *na wyderkoff*, venditionem et emptionem benigne annuendum et consentiendum duximus, uti quidem annuimus et consentimus praesentibus litteris nostris, ejusque censum reemptionalem cum summa praedicta similiter reemptionali, ecclesiasticae immunitati ascribimus et incorporamus. Ita, ut pro utriusque divisim vel conjunctim requisitione, recursus fiat ad forum spirituale, vel, si opus fuerit, etiam ad civile Clepardiense. Volumus tamen, ut de praefata domo, in qua futura est hujus census et summae reemptionalis, hoc consensu nostro mediante, inscriptio et obligatio debita, onera Reip. nostrae et civilia per ipsius possessorem vel possessores quoslibet semper expediantur, eo non obstante, quod census praedictus reemptionalis cum ipsius summa libertati et immunitati ecclesiae sit adscriptus.

Dat. Varsaviae die 23 Maji A. D. 1571 [1]).

---

[1]) W dopisku, w oryginalnym rękopismie, zamieszczono objaśnienie, że niniejszy dokument wyszedł powtórnie z poprawkami pod dniem 25 Lipca, w którym zamiast wzmiankowanych na początku 5 flor. czynszu rocznego, czytamy 10, zamiast zaś summy 100 floren. postawiono 200.

XLVI.

Commissio S. R. Majestatis.

Sigismundus Augustus etc.

Generosis Nicolao Troszyński Pincernae et Capitaneo nostro Lomzensi, Wielislao Lawski Visnensi et Nicolao Wierzbicki Lomzensi, Notariis terrestribus f. n. d. Gratiam nostram regiam. Generosi f. d. n. Intelleximus exortas esse differentias ac controversias quasdam inter Nobilem Gasparum Ilowski ex una, et certos subditos I. Ducis Prussiae [1]) de districtu Joannisburgensis, parte ab altera. Quas nos componere et complanare volentes, F. vestras, quarum nobis fides et in rebus gerendis dexteritas probatur, in commissarios nostros designandum, commissariisque I. Ducis Prussiae adjungendum duximus, prout praesentibus litteris nostris designamus, adjungimus, idque negotium absolvendum eisdem committimus. Mandantes, ut captato certo die et tempore competenti, habita cum eisdem commissariis I. Ducis Prussiae mutua intelligentia, vocatisque ad sui praesentiam partibus quarum interest, ad locum differentiarum descendatis, differentiasque ac controversias omnes circa fines et aliis quibuscumque de causis exortas, nulli partium favore aut odio propensi, sed Dei et justitiae rationem habentes, in quo nos quoque conscientias vestras oneramus, componatis et complanatis, idque quod negotium causae ejusdem requirit, faciatis ac constituatis. Et quicquid constitueritis, id a partibus utrisque firmiter observari curetis. Absentia unius vestrum non obstante. Pro gratia nostra F. vestrae secus non facturae.

Dat. Varsaviae die 25 Maji A. D. 1571.

---

[1]) Albert Fryderyk.

XLVII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni. Duci Prussiae.

I. princeps et DD. colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Libenter sane in eo acquiesco, quod I. Cels. vestra de nonnihil intermisso cancellariae suae ad me scribendi officio, in litteris suis perscribit. Quamquam me quidem, ut verum fatear, non silentium ullum, nec ulla cum iis communicatio, qui ad cancellariam Regiae Majestatis pertinent, offendebat, sed aliud quiddam, quod mihi suspitionem facere videbatur, studia cancellariae I. Cels. vestrae extra cancellariam nostram inclinare. Alioqui secretarios, qui ad corpus cancellariae regiae pertinent, et amo ipse et I. Cels. vestrae nunc etiam commendo. Tabellarius, qui cum litteris I. Cels. vestrae Pragam extra ordinem missus erat, ad tempus adfuit, quemadmodum quidem scribit Orator S. R. Majestatis. Quantus sumptus in eum tabellarium factus sit, etsi nondum mihi significatur Cracovia, tamen quicquid id est, de eo nolo esse amplius I. Cels. vestram solicitam. Ego enim totum hoc praestabo. Nec solum hoc, sed etiam cetera omnia, in quibus meum erga I. Cels. vestram, studium possit apparare. Interim ut videre possit I. Cels. vestra, quo in loco sint negotia illius, quae in aula Imperatoriae Majestatis [1]) procurantur, quae mihi quoque ipsi magnae curae esse velim, ut sibi I. Cels. vestra persuadeat, mitto ad illam exempla aliquot litterarum Oratoris S. Reg. Majestatis ad Majestatem ipsius perscriptarum, praetereaque responsum ipsum S. Caes. Majestatis de negotio simultaneae investiturae. Ex exemplis litterarum D. Oratoris etiam pleraque alia cognoscet, quae illi non ingrata fore existimo. Commissionis litteras re-

---

[1]) Cesarz Maxymilian II.

mitto I. Cels. vèstrae emendatas. Quam optime valere, cuique obsequia mea commendatissima esse percupio.

Dat. Varsaviae die 26 Maji A. D. 1571.

XLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Caes. Rom. Majestati.

S. et E. Principi etc. Quemadmodum in omni consilio propositoquo nostro libenter nostrum illud vetus institutum tenemus, aliquid semper inveniendi, in quo Majestati vestrae optimum nostrum et vere fraternum animum possimus declarare, ita sane posteaquam id Majestati vestrae gratum accidere intelligimus, non solum in consilii nostri constatia confirmamur, sed etiam, dum nos studii, officiique nostri, tantos grati animi fructus ex Majestate vestra capere intelligimus, excitamur et inflammamur in dies ad majora. Itaque et olim sane libenter fecimus, ut animum S. nepotis nostri, variis antea vicissitudinum consiliis agitatum, quantum maxime potuimus, inflectere semper studuerimus, tum ad rempublicam christianam complectendam, tum ad pacem et amicitiam cum ipsa Majestate vestra, cumque adeo universa austriaca familia et constituendam et colendam: et posteaquam id Majestati vestrae non igratum fore cernebamus, non conquievimus, donec ad eos tractatus tandem descenderetur, qui etsi morte S. illius nonnihil sunt intercepti, sunt tamen et erunt, ut arbitramur in perpetuum, magno argumento tam reipubl. Christianae, quam Majestati vestrae, et familiae Majestatis vestrae, nostri erga rempublicam Christianam optimi, erga Majestatem vestram et familiam ipsius vere fraterni animi. Et denique ne quid in nobis desiderari possit, non existimavimus nobis esse intermittendum, quin sublato e vivis et fato quoddam immaturo erepto illo principe, sensus nostros in hoc genere etiam apud eos testatos facere-

mus, qui sunt, testamento illius, executores voluntatis ipsius constituti. Quod ipsum, cum eodem grato animo, quo reliqua ejusmodi accepta esse a Majestate vestra videamus, vel ex iis litteris, quas ad nos dedit proxime plenas singularis officii et humanitatis, primum quidem magnos consilii illius et laboris nostri fructus capimus, deinde etiam tum in proposito nostro, tum in amicitia Majestatis vestrae magnopere confirmamur. Quod si quid praeterea superest, in quo Majestati vestrae studium officiumque nostrum, in ejusmodi rebus ad finem optatum deducendis probare posse videamur, cognoscet nos semper Majestas vestra promptos et paratos, id autem est nostri similes: cum equidem vicissim minime dubitemus Majestatis vestrae consilia ad salutem, ad pacem, ad dignitatem tum Transilvaniae provinciae, tum universae reipublicae Christianae semper esse spectatura. Quod ipsum quoniam nos Majestas vestra scribit ex legatione quadam, quam se ad nos proprie hoc nomine missuram propediem pollicetur, uberius esse cognituros, equidem dabimus operam, ut et legationem ejusmodi libenter audiamus, et eam omni voto ac desiderio, omni etiam favore nostro, quantum maxime poterimus, prosequamur. Nunc quod Majestas vestra voluntatem suam nobis per litteras ipsas declaravit, adjuvandae aequitatis nostrae in rebus mobilibus, quae ad nos in Transilvania legitime, sive legatorum, sive adeo naturalis successionis jure pertinent, consequendis, eam nos Majestatis vestrae erga nos voluntatem, etsi jam inde ab initio pro certissima habebamus, nunc tamen litteris ipsius confirmati, obviis, quod ajunt, ulnis excipimus et firmissime nobis pollicemur, nos in ea haereditate adeunda multo promptiore et propensiore Majestate vestra usuros esse, quam hactenus uti potuimus nonnullis hominibus, in consequenda materna haereditate nostra, quae nobis quatuordecimum jam annum, ut scit Majestas vestra, detinetur. Equidem in Transylvaniam principio Aulicum [1]) deinde etiam Consiliarium nostrum Magnificum

---

[1]) Andrzej Owadowski, Dworzanin Króla Zygmunta Augusta, o którym wspomina Orzelski. Patrz wyd. Spasowicza T. I, str. 30.

Nicolaum de Mielecz, Palatinum Podoliae et Capitaneum Grodecensem misimus, qui et justis corpori illi faciendis nomine nostro intersit pro officio nostro, et qui ea, nomine nostro ab executoribus testamenti repetat, quae ad nos, uti legatarium et successorem naturalem, spectare ac pertinere videbuntur. Reliquis rebus, quas ad nos non arbitramur pertinere, immiscere nos nec voluimus nec volumus. Optime valere Majestatem vestram cupimus, ejusque nos fraterno amori ex animo commendamus.

Dat. Varsaviae die 30 Maji 1571.

XLIX.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Odpisując nam Cesarz J. M. na list nasz, któryśmy byli tedyż po śmierci nieboszczyka Królewicza Węgierskiego siostrzeńca naszego [1]) do J. C. M. pisali, pisze prawie jako brat i przyjaciel nasz miły, wdzięcznie przyjmując chęć naszą, którąśmy J. C. M. w tej mierze ofiarowali, a swoję też takież chęć i życzliwość nam ofiarując do tego wszystkiego, co mu w Siedmiogrodzkiej ziemi po nieboszczyku Królewiczu i matce jego siostrze naszej królowej Węgierskiej należy rzeczy ruchomych. A tak piszemy do J. C. M., tak jako wyrozumiecie z kopii listu naszego, którą wam posyłamy, najwięcej dla tego, aby wedla słów, które w liście są, mieliście się akkommodować, oddawając list J. C. M.

Dat. Varsaviae die 30 Maji 1571.

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya.

L.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime. Nie miałem natenczas co W. M. pisać, a też się prędko odprawiało. Z listu J. K. M. to, cobym ja natenczas pisać W. M. miał, wyrozumiesz W. M. wszystko. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 30 Maji 1571.

Franciscus Krasinski &c. manu Patricii.

Atque eadem causa est, quominus ipsae quoque Regiae Majestatis ad R. D. vestram scriptae litterae non sint obsignatae.

LI.

Idem.

Martino Cromero.

R. D. amice charisisme et honorandissime. De negotio Coberci et Lesievangi quid scribam amplius, aut quid etiam R. D. vestrae respondeam, non habeo. Quo modo dimissi istinc fuerint, intelligo. Si quid erit praeterea, videbimus. Ego in me amici partes a R. D vestra desiderari non patiar.

Quod ad tributum attinet, ferendum esse video, quod vitari non potest, et quod communibus omnium ordinum suffragiis semel sancitum est. Rerum omnium ad victum pertinentium non majorem istic quam hic difficultatem esse video. Sed quid? Manet adhuc vetus illud vulgo olim melioribus ills temporibus usurpatum, quibus obedientia et reverentia legum ma-

jor apparebat. Byśmy sobie i nosy porzezać ustawili, musielibyśmy już temu wszyscy jednako podledz.

Frigus coadjutoriae ne mihi quidem placet. Non desum, quantum in me est, ne apud Regiam Majestatem quidem, quam video non esse a re ipsa alienam. Verum si nos expectabitis, et nunquam ipsi calidam suffundere incipietis (calida enim non frigida opus esse videtur), nos torpebimus rerum omnium securi. Equidem minis, fulminibus, tonitruis Pontificiis res aggredienda esse videretur. His enim adversariorum animi multo magis percellerentur. Verum qui haec in manu habent, otiosi sunt, nec ullum telum vibrant. Ego quid agam, nescio. Insto, moneo, nihil proficio. Bene valere R. D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die prima Junii A. D. 1571.

LII.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Galliarum.

S. Principi domino Carolo Nono Dei gratia Regi Francorum christianissimo, fratri etc. Salutem et fraterni amoris etc. S. princeps et domine frater ac consanguinee noster charissime. Accepimus proxime litteras S. vestrae datas ad 17 diem Februarii, in quibus nobiscum agit S. vestra tum de Narvica navigatione, tum de damnis quorundam subditorum suorum ob eam navigationem susceptis. Ac memoria quidem tenemus, nos cum de iisdem fere rebus ad S. vestram ante aliquot annos scriberemus, spe fecisse S. vestrae de Oratore nostro ad eam ablegando, qui expositis periculis omnibus Narvicae istius navigationis, posset ab ea S. vestram dehortari, vel potius ad eam una nobiscum inhibendam et impediendam adhortari. Verum ejusmodi fuerunt tempora, quae illas nostras litteras sunt consecuta, ut neque nobis continuo bello cum hostibus no-

stris tum distentis, ad S. vestram mittere legationem ullam vacaret, nec, si etiam maxime nos misissemus, S. tamen vestrae in domesticis motibus componendis occupatae, liceret eam exaudire; quemadmodum ipsa S. vestra in litteris suis facile agnoscit. Nunc autem et Suetico bello per Dei gratia perfuncto, et Moscovitico per inducias composito: sedatis etiam et compositis singulari S. vestrae felicitate motibus illis domesticis, quibus regnum S. vestrae hactenus concutiebatur, de qua quidem re tum S. vestrae, tum regno illius et universae reipublicae Christianae admodum gratulamur, faciendum nobis esse existimavimus, ut quod jampridem de Narvica ista navigatione deliberatum habebamus, id primo quoque tempore susciperemus. Itaque cum anno superiore Stetinum commissarios nostros ablegavissemus ad controversias quasdam S. Daniae et Sueciae regum [1]) componendas, jussimus de industria ejus quoque navigationis Narvicae mentionem facere, et quantis cum totius Christianitatis periculis ea conjuncta esset, praesentibus tum ibi aliquot regum et principum, ipsiusque adeo Caes. Majestatis Oratoribus, exponere. De qua quidem cum varia esset variorum opinio, in eam tandem sententiam itum est, ut Caes. ipsa Majestas communi nobiscum et cum ceteris Christianis regibus consilio suscepto, videret etiam atque etiam, quidam de illa navigatione, cum salute et tranquilitate reipublicae Christianae constitui posse videretur, et quicquid ad eum modum esset communi consilio constitutum, id ab omnibus civitatibus maritimis diligenter observaretur. Itaque expectamus ante omnia, dum nobis certi aliquid a Majestate Caes. de his rebus significetur: de quibus interea Majestatem ejus per Oratorum nostrum nunquam desinimus admonere. Ut primum responsi aliquid acceperimus, quod quidem se Majestas ejus Caes. daturam esse quam primum pollicetur, non praetermittemus ipsam quoque S. vestram facere certiorem. Interim ita nobis de optimo erga nos et erga rempublicam chri-

---

[1]) Fryderyk II Król Duński i Jan III Król Szwedzki.

stianam S. vestrae animo pollicemur, quem nobis cum aliis ex rebus nonnullis, tum etiam ex his ipsius litteris videmur nonnihil perspexisse, S. vestram aut prorsus navigationem tam periculosam suis hominibus permissuram non esse, aut saltem eo usque esse suspensuram, dum quid certi de ea, communi omnium nostrum consilio et assensu, statuatur. Revera enim majus quoddam in ea navigatione periculum inesse nos cernimus, quam vulgo homines opinentur. In tantis enim populorum nostrorum commerciis cum barbaro isto et immani, sed versuto et callido et infinitam sibi quandam potentiam arrogante principe, difficile est ullam ejusmodi provisionem adhibere, quae illum cervicibus omnium liberarum gentium ac universo regio et catholico nomini imminentem, vel armis ac telis, vel, quod multo pejus est, artificibus, vel, quod omnium pessimum, perscrutatione ac cognitione secretorum omnium consiliorum nostrorum, non instruere posse videatur; cum ille non solum armis ac telis, sed etiam viris ipsis, nec viris solum, sed etiam litteris et omnino rebus omnibus, quaecumque ad eum fuerint ex regionibus nostris importatae, et volet quidem abuti in perniciem nostram, propter innatam immanitatem ac cupiditatem suam, atque adeo propter odium totius libertatis singulare, et sciet, propter insignem versutiam et calliditatem, et poterit, propter eas facultates et copias, quibus in dies augetur, ex commerciis nostrorum populorum. Quem nos quidem hactenus, si abditum in illis suis solitudinibus, nonnisi maxima vi nostra et nostrorum, potuimus intra ditionis ipsius terminos continere, quid erit quod eum deinceps cohibeat, instructum omnibus nostris artibus, auctum commoditate et opportunitate commerciorum, manibus etiam propemodum ipsis nostris adductum in medias ipsas catholicorum regnorum nostrorum ditiones, quas nunc jam etiam inspectare ac spe ipsa devorare incipit, deductis jam in mare hoc nostrum navibus, quo nunquam antea nec suae, nec majorum suorum naves accesserunt. Itaque nihil magis veremur, quam ne sero tandem homines cognoscere incipiant sua gravissima incommoda, ex levi ista

commoditate mercium Moscoviticarum nata, quarum tamen ipsarum mercium copiam et antea quidem semper, cum nos ipsi, tum Divi majores nostri omnibus Christianis regnis atque imperiis suppeditaverunt, et deinceps per Dei gratiam suppeditaturi summus, sine ullo periculo opprimendae libertatis alienae, cui barbarus hic inprimis inhiare videtur. Sed de his satis.

Quod attinet ad damna subditorum S. vestrae sarcienda, quae ob hanc istam Narvicam navigationem susceperunt, equidem vicem eorum misericordia prosequimur, verum quid aut quantum praeterea praestare in gratiam eorum possimus, sane non videmus. Ediximus, ne quis eam navigationem usurparet, edicta ipsa publicari jussimus, poenam proposuimus, rationes ejus instituti nostri cum ceteris regibus ac principibus, tum ipsi quoque S. vestrae perscripsimus, speculatores constituimus, qui ejusmodi edicti nostri violatores observarent, mulctarent, eam mulctam in usum suum converterent. Si quis in mulctam ejusmodi incidit, sua magis quam cujusquam alterius culpa videtur incidisse. Nos quod attinet, cum ex ea mulcta nullum ipsi fructum coeperimus, non videmur esse ad compensationem, aut restitutionem ullam obligati, tum autem quod semel speculatoribus nostris, multo etiam antequam subditos S. vestrae in ea damna incursoros esse scire potuissemus, concessimus, id nunc rursus quo jure ipsis auferamus, non videmus. Vestrae quidem S. causa omnia facere parati sumus, quae essent nostrae facultatis. Delectamur enim magnopere amicitia S. vestrae, quam nobis cupimus esse firmam atque perpetuam. Quemadmodum de eo pluribus verbis Magnifico Carolo Danzaeo Oratori S. vestrae respondimus, cujus litteris eam quam S. vestra voluit, fidem libenter habuimus. In reliquo, optime valere S. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 8 Junii A. D. 1571.

LIII.

Sigismundus Augustus etc.

Carolo Danzaeo [1]).

Magnifice s. n. d. Ad eas litteras S. Regis Galliarum, quas nobis misit Sin. vestra, quid S. ipsius respondeamus, cognoscet Sin. vestra ex ipso litterarum nostrarum exemplo, quod Sin. vestrae mitti jussimus. Et quoniam Sin. vestra sermonem litterarum S. Regis sui, suis quoque ad nos litteris est prosecuta, cupimus magnopere, ut nostrarum vicissim sermonem litterarum suis litteris apud S. ipsius prosequatur, et quae nos a S. ipsius velle ac cupere intelligit, ea, det operam, ut libenter S. ipsius consequamur. Non solum enim nostra sed etiam totius propemodum Christianitatis interest, aut prohiberi jam nunc Narvicam istam navigationem in perpetuum, aut ad illud saltem tempus suspendi, dum communi Caes. Majestasis cum aliis Regibus consilio ratio aliqua ineatur, qua posset tot periculis obviam iri, quae ex hac navigatione orbi Christiano videntur imminere, quae pericula nos profecto de proximo melius ceteris cernimus, qui etsi sibi ab eis hoc tempore videntur esse aliquanto remotiores, tamen nisi omni diligentia sibi

---

[1]) W przypisku do regestru dokumentów Cz. I Aktów Podkanclerskich, nazwaliśmy rzeczonego ambasadora Karolem D'Angennes. Jest to omyłka. Wzmiankowany tu poseł Karol Danzai jest ten sam, który znajdował się w Polsce podczas ucieczki Króla Henryka, patrz w Kronice Gwagnina: „Oratio Danzaei ad Senatum Regni Poloniae. Cracoviae 22 Junii 1574". W dziele zaś: „Henri de Valois et la Pologne en 1572, par le M. De Noailles", patrz w Tomie 3-m w dokumentach str. 498 i 589). Przed przyjazdem do Polski Króla Henryka, mianowicie na początku Listopada 1573 roku znajdował się poseł Mikołaj D'Angennes, zaś Karol D'Angennes, którego podaliśmy zamiast Karola Danzai, był około 1571—1573 roku ambasadorem w Rzymie.

caverint, et nunc jam nobiscum junctis viribus navigationem istam sustulerint, verendum est, ne eadem, quod Deus omen obruat, pernicie involvantur.

Si commoditas earum mercium quaeritur, quae ex Narvica illa navigatione petuntur, non minor omnium commoditas esse poterit novo aliquo per nos et opportuno instituto emporio, de quo tum demum rectius per nos constitui poterit, ubi de iis communis cum Caes. Majestate et aliis regibus deliberatio suscepta fuerit. Quo quidem in proposito nostro ad omnium regnorum Christianorum salutem, tranquilitatem, utilitatem accommodatissimo, valde cuperemus S. Galliarum Regem fratrem et consanguineum nostrum charissimum consentientem habere. Quod quidem per quemcumque tandem confectum fuerit, is non solum de nobis sed etiam de republica ipsa Christiana optime merebitur. Quae quidem nos idcirco pluribus verbis Sin. vestrae exponenda esse duximus, quod ex litteris S. Regis Galliarum intelligimus, non vulgarem esse ipsius S. vestrae apud S. ejus auctoritatem. Quam quidem nos etiam ipsi si quando rebus ullis augere poterimus, libenter promptum nostrum animum Sin. vestrae praestabimus.

Dat. Varsaviae die 8 Junii A. D. 1571. Regni nostri 42.

LIV.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Carolo Danzaco.

M. D. amice charissime et honorande. Officiorum et benevolentiae meae diligentem commendationem. Quanto studio acta sit per me apud Regiam Majestatem dominum meum clementissimum res de Narvica navigatione, quam mihi Mag. vestra commendat, ego mihi ipse conscius sum, et Mag. vestra aliqua ex parte, ex Regiae Majestatis tum ad se tum ad S. Gal-

liarum regem perscriptis litteris abunde cognoscet. Verum res major est, quam ut hoc tempore de illa secus Majestati illius constituere liceret, propter et imminentia gravissima pericula et expectationem responsi a Caes. Majestate, de quo Magn. vestra non ignorat. Equidem Mag. vestra rem optimam et ad communem totius Christianitatis utilitatem accommodatissimam fecerit, addo etiam et S. Regi meo gratissimam, si S. Regi suo persuaserit ea, quae a S. illius per S. regem et dominum meum justissima postulantur. Quod Mag. vestram pro sua prudentia et aequitate facturam esse non dubito, ad conjungendos magis ac magis horum duorum regum animos pro bono et commodo universae reipublicae Christianae. Optime valere M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 8 Junii 1571.

LV.

Idem.

Palatino Cracoviensi [1]).

Spectabilis et Magnifice D. D. amice observandissime. Officiorum et obsequiorum meorum commendationem. Jakobym to zawzdy rad widział, żeby wszyscy ludzie służyli W. M. i garnęli się do łaski W. M., takem i temu rad był, gdym widział, iż P. Erasmus Czeczotka Rajca Krakowski, stara się o łaskę W. M. i szuka tych dróg, jakoby k niej przyjść mógł. Jakoż między innemi i mnie prosił, abym mu do tego pomógł przyczyną swą do W. M. Proszę racz to W. M. na przyczynę moję uczynić, abyś W. M. P. Czeczotkę w łaskę swą przyjąć raczył, gdyż się on do tego tak bardzo ciśnie i wszelakiej łaski W. M. wdzięczen być służbami swemi obiecuje. A ja też co mi W. M. rozkażesz, uczynię na rozkazanie W. M. Co się tycze onej

---

[1]) Stanisław Barzy.

kommissyi, którąś W. M. wziął z kancelaryi mojéj przeciw P. Czeczotce, nic w tém nie wątpię, iż jéj potrzeba nie będzie, gdy go W. M. w łaskę swą przyjąć będziesz raczył, a tém bardziéj, iż ta kommissya taka jest, jako W. M. sam baczyć możesz, którąby się wolności nie tylko duchowne, których zwłaszcza memu urzędowi przestrzegać należy, ale i szlacheckie wszystkie obraziły, gdyż pod jedną wolnością w Polsce stan duchowny zasiadł jako i stan świecki. A tak wierzę i proszę, iż się z nią W. M. każesz pozadzierżeć, a używać jéj nie dopuścisz. Z tém się łasce i przyjaźni W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 12 Junii A. D. 1571.

LVI.

Idem.

Carolo Soderini.

Generose domine, amice charissime. Już to po kilkakroć J. K. M. przypominać mi raczy ten dług, któryś W. M. winien J. K. M., o czem dałem znać też przedtem W. M. Lecz iż i teraz i zawzdy nie przestaje J. K. M. a co daléj, to bardziéj uskarżać się na W. M. o to niezapłacenie tych pieniędzy, chciałem to i drugi raz W. M. oznajmić, abyś W. M. o to się starał, jakoby te pieniądze co rychlej J. K. M. oddane były. Bo tak widzę, gdziebyś to W. M. daléj zwłóczyć chciał, tedybyś W. M. sobie obraził niepomału łaskę J. K. M., na któréj co W. M. należy, to sam dobrze baczyć możesz. A nakoniec idzie też po części i o mnie, gdyżem ja te pieniądze obiecował za pewne od W. M., J. K. M., na czas naznaczony, który czas iż przemniął, i jabym nie mógł mieć prawie za dobre W. M., gdybym dla W. M. miał zostać w słowie u J. K. M. Nie wątpię, iż to W. M. tak opatrzysz, jakoby się J. K. M. od W. M. bez dłuższéj zwłoki dosyć stało. Bo inaczej próżnobyś

mię W. M. miał używać, w któréj rzeczy do J. K. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 12 Junii A. D. 1571.

LVII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano [1]).

Beatissime in Christo pater et D. D. clementissime. Post oscula pedum beatorum, regnique mei et dominiorum meorum commendationem. Obtinueram anno superiore a S. vestra facultatem ejusmodi, ut R. D. S. vestrae apud me Nuncius Canonicatum Cracoviensem, quem forte vacare in mense S. vestrae contigerit, confere possit Venerabili Stanislao Krasiński fratri germano R. Vicecancellarii regni mei. Quoniam autem is Stanislaus Krasinski, per aliam quandam viam Canonicus Cracoviensis jam est factus, postulo a S. vestra, ut eandem gratiam suam transferri patiatur, in Venerabilem Andream Patricium Nidecki juris utriusque Doctorem et Secretarium meum, hominem ecclesiae et reipublicae aeque idoneum et non minus mihi gratum.

Patiatur autem transferri cum derogatione ceterarum omnium impetrationum, si quae forte in praejudicium Patricii, tam hic quam alibi ubivis, etiam in ipsa S. vestrae curia, fuerint impetratae. Rem mihi S. vestra fecerit gratissimam. Commendo me regnumque et dominia mea in gratiam et protectionem S. vestrae.

Dat. Varsaviae die 13 Junii A. D. 1571.

---

[1]) Papież Pius V.

LVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Reipublicae Lucensi.

Illustres et Magnifici amici nostri charissimi. Pro eo quanti M. vestras et civitatem illarum universam facimus, pergratum nobis fuit, cum ex litteris ipsarum intellexissemus Augustinum Burlamacchi et Joannem de Nobili cives illarum cum sociis suis negotiationem in regno nostro velle instituere. Quos quoniam nobis Mag. vestrae per litteras suas commendant, dabimus operam, ut omnibus in rebus, in quibus recte id facere poterimus, gratiam nostram experiantur et cognosceant.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

LIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Quod scribit P. vestra de sermonibus sui confessoris in negotio Barrabae [1]), intelleximus. Probantur autem nobis ea, quae per P. vestram responsa sunt in hoc genere. Nec quicquam magis cupimus, quam ut eodem modo deinceps et per eundem confessorem cum illo agat, si quid ille voluerit. Nam admitti ad colloquium ipsum hominem tot flagitiis inquinatum, et ad omnes dolos ac fraudes texendas compositum, haud placet, tum P. quidem vestrae causa,

---

[1]) Wszędzie w niniejszych korrespondencyach pod nazwą Barrabasza, rozumie się Jan Wawrzyniec Papagoda.

tum negotiorum ipsorum. Jam nunc enim videre videmur abutentem ipsum sermonibus P. vestrae ad omnia quae volet, et fingentem omnia pro arbitrio quae volet, et quae nunquam P. vestrae ne per somnium quidem in mentem veniebant, quae quidem postea P. vestram refellere, nec animi esse arbitramur P. vestrae, nec dignitatis. Ut omittamus, ipsum illud conflictari cum ejusmodi ingeniis, bono viro esse indecorum. Quamobrem si illum P. vestra hactenus ad colloquium suum non admisit, deinceps nos quidem si audiat, non admittet, sed si quid, per eundem illum confessorem ad se omnia referri jubebit, et ipsa per eundem ad omnia respondebit.

Pecuniam et census nostros Neapolitanos curae esse P. vestrae cupimus, quemadmodum hactenus fuisse videmus. Testes ipsos ejus nationis curae esse illi non cupimus, dissimulari id tamen ab illa volumus. Satis erit, si eos, quos hinc istuc misimus, et quos jam istic esse facile nobis persuademus, quantum maxime poterit, adjuverit, secundum ea, quae et ipsa P. vestra et nos olim ad illam scripsimus. Brancatius, id autem est, uti P. vestra rectissime interprĕtatur, negotiorum gestor Barrabae, flagitat pro Scipione Rocco tria millia, non quasi pro testimonio dicendo, sed pro nescio quibus servitiis, S. olim matri nostrae impensis. O homines impuri! Respondemus, causam nobis principalem hoc tempore maxime cordi esse. Deinceps de testimoniis cogitationem esse suscepturos. Ipsum quidem Brancatium rectissime facere, dum fidem suam nobis etiam atque etiam probare contendit, quae nobis est futura gratissima. Quod scribit P. vestra vocari se in invidiam quandam falsam, quasi nobis in rebus parum honestis operam suam navet, nos sane quidnam ejusmodi sit, nescimus, ac ne cogitavimus quidem tale quid unquam. Sed haec est hujus seculi nequitia. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Ad cetera quae sunt in aliquot P. vestrae epistolis, alias respondebimus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

LX.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio [1]).

Magnifice s. n. d. Quae ad nos scribit Sin. tua de Scipionis Rocci prompto animo et constanti ad testimonium pro nobis dicendum in negotio expilatae haereditatis nostrae maternae, ea intelleximus. Verum nos quidem hoc tempore causa ipsa principalis de restituendis nostris statibus, magis solicitat, nec quicquam sibi praeferri patitur. Deinceps certe quidem de expilata haereditate cogitationem sumus suscepturi. Ad quod tempus retineat nobis Sin. tua, quantum maxime potest et quantum pro causae ipsius nostrae justitia debet, studia eorum testium, qui veritatem habent cognitam et perspectam: ut iis, cum opus fuerit, pro veritate uti posse videamur. Hoc enim unicum nostrum est studium, ut veritas earum rerum demersa hactenus et oppressa, possit aliquando apparere. Opera quidem et fides S. tuae erga nos et eorum omnium, qui veritati non deesse voluerint, futura est nobis gratissima. Praetendentias, quas ad nos mittit Sin. tua, nunc accepimus. Cum eas legerimus, respondebimus et ad haec et ad cetera de sententia nostra Sin. tuae. Quae bene valeat.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

---

[1]) Kamil Brancazo.

LXI.

Sigismnndus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Z pisania naszego widzimy, iż i za tego Wicereja nowego, trudności o rzeczy i sprawy nasze, nic nie ubyło, gdyż z płaceniem i téj summy quadraginta trium millium, którą zawzdy płacono, i drugiéj summy tredecim millium, którą już było ex parte płacić poczęto i ostatek płacić obiecano, on się tak bardzo ociąga. Podoba się nam jednak postępek wasz w tej mierze, iż pokazujecie, że Kardynałom zinąd płacić nie będziecie ich pensiones, jedno z tych 13 m. Rozumiemy, iż księża Kardynali sibi ipsis non deerunt, solicytując o zapłacenie tych 13 m. Myśmy też już temu Vicerejowi [1]) przez list nasz gratulowali i sprawy nasze i was też jemu zalecili, i soboli te, które tam nasze macie, jemu darować wskazali. Owa to co pomoże ku lepszym odprawom rzeczy naszych. Wy nie przestajcie sollicytować, zwłaszcza gdyż wiecie, iż już z Hiszpanii przyszło rozkazanie o te 13 m. tak jako nam piszecie. Brankaci pisze do nas o Scipiona Rocca, iżby mu się zdało dać 3,000 dukatów za służby, które czynił Królowej nieboszce matce naszej. A tak odpisujemy mu tak, jako z kopii listu naszego wyrozumiecie, którą dla tego wam posyłamy, abyście i wy do tego akkomodować się umieli, mówiąc z nim około tego.

Pisze też nam i posyła pretendencye niejakie ze strony naszej przeciwko curiam tamtej regiam. O czem, iż wy nam

---

[1]) Antoni Granvelle zwany także Granvellano lub Granvellanus, mianowany Wice-Królem Neapolitańskim w końcu 1570 roku. Autor pamiętników ogłoszonych drukiem pod tytułem: „Papiers d'état de Granvelle". (Patrz o nim w Cz. II, str. 106, przyp. 2.)

nie piszecie, tak rozumiemy, iż ich musiał z wami nie kommunikować. A tak przymówcie się do tego, jaboby je wam pokazał, a potem dajcie nam znać w tej mierze widzenie swoje. To wiedzcie, iż nam piszą, iżby ten Brankaci miał sprawować w Neapolim wszystkie rzeczy Joannis Laurentii Papacodae potajemnie. O czem wywiadujcie się tam bacznie, a nam znać dajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 13 Junii A. D. 1571.

LXII.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime et honorande. Cobym ja pisać miał, to wszystko W. M. z listu Króla J. M. zrozumiesz.

O Krupkę [1]) już się dosyć pisało.

O Brankacego jurgielt już się też pisało. Summa. Nie trzeba dysputować, kiedy on począł służyć, jedno dać mu jednę mille ducentos ducatos na Wielkąnoc an. 1570, a drugą mille ducentos ducatos na tę drugą przyszłą Wielkąnoc 1571, et sic deinceps na każdą Wielkąnoc aż do woli J. K. M.

Tranachi swojej czekam od W. M. Wierzę, iż W. M. nie zapomnisz.

Fogliola [2]), któremu się tam miały zapłacić 240 skutów, tu na końcu Martii umarł. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

---

[1]) Franciszek Krupka.

[2]) Bernard Fogliola.

LXIII.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. frater et amice charissime et honorande. Co W. M. pisał D. Patricius [1]) o chęci mojéj to się tak, a nie inaczéj zawzdy najdzie i nie trzeba w tem W. M. najmniej pochybować.

P. Marszałka od Cesarza J. M. [2]) jeszcze tu nie widać. Gdy przyjedzie co będzie sprawował, będziesz potem W. M. wiedział. Ja tu W. M. przed nim zapominać nie będę.

Tury posłać się teraz nie mogą. Ale in autumno starać się będę, iż będą posłane Cesarzowi J. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 13 Junii 1571.

LXIV.

Idem.

Andreae Angeli [3]).

Magnifico Andrea mio carissimo. Pisze mi p. Doktor Latercian że spotkał już wina moje w górach, dziwię się więc, że nic w tej mierze W. M. mi nie doniosłeś. Proszę miejcie rzecz tę na baczeniu i abym jak najprędzej mógł otrzymać rzeczoną przesełkę w Krakowie.

Dat. Varsaviae die 13 Junii A. D. 1571.

---

[1]) Ksiądz Patrycy Nidecki, Sekretarz królewski.

[2]) Bertold de Leip in Krumau, Marszałek Królestwa Czeskiego, ambasador Cesarza Maxymiliana II.

[3]) Andrzej Angeli, z którym często korresponduje Podkanclerzy, jak okazuje się z innych listów, znajdował się natenczas w Wiedniu. List niniejszy tłómaczony jest z włoskiego.

LXV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Negotia Xiążęcia J. M. Pruskiego [1]), jeśli się tam jeszcze nie odprawiły, starajcie się, aby rychło a dobrze były odprawione.

Aleć to dziwna rzecz, iż około pokoju z strony tego mistrza Niemieckiego [2]) tak nas ubezpiecza Cesarz J. M., a z innych stron zasię częstokroć nas takie nowiny dochodzą, jakie wam teraz posyłamy, prawie tak jako je nam posłano i na tejże karcie. Możecie to J. C. M. pokazać wszystko a wszystko. Bo widzimy, iż też tam coś jest około Siedmigrodzkiéj ziemie a praktyk naszych, gdzieśmy się my już nie raz w tej mierze jaśnie deklarowali J. C. M., inaczej niż nas tam wykładają. — Dajcie nam znać jednak, co tam słyszeć z Siedmigrodzkiej ziemie, bo tu nakoniec i o poślech naszych, któreśmy tam posłali, nic słyszeć zgoła nie możemy. Posyłamy wam memoriale potrzeb naszych Spiskich do Cesarza J. M., wedla którego memoryału sprawując się, starajcie się, abyście to wszystko zjednali u J. C. M., a posłali albo nam albo tam do Spiża. Poślijcie nam, będziecieli módz dostać exemplum mandati Caes. Majestatis ad Lubecenses de navigatione Narvica. A przytém starajcie się, jakoby i nam Cesarz J. M. około tego artykułu się co najprędzej deklarować raczył, tak jakośmy wam przedtém pisali.

Insze rzeczy nasze i koronne, zalecamy pilności waszej tak jako dawno.

Dat. Varsaviae die 13 Junii A. D. 1571.

---

[1]) Albert Fryderyk.

[2]) Jerzy Hund fon Menkheim.

LXVI.

Franciscus Krasinski Viceancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. frater et amice charissime et honorandissime. D. Georgius Fabius Dalmata, Archidiaconus Colocensis, prosił mię, abym W. M. negotium jego przypomniał, które proszę miej W. M. na pieczy.

Gdyż już Królewicz Węgierski [1]) umarł, a Siedmigrodzka ziemia przyszła in potestatem S. Caes. Majestatis, ksiądz też Fabius nie ma więcej woli nawiedzać do téj tam ziemie, videtur justum et honestum, aby J. C. M. w łaskę swą przyjąć go raczył tak, jakoteż i Król J. M. za nim przedtem przyczyniał się do J. C. M. A tak W. M. perswaduj quantum potes, aby już tandem temu upadłemu człowiekowi dextram łaski swej Cesarskiej podać, a nad jego upadkiem zmiłować się raczył na przyczynę J. K. M. pana naszego miłościwego, a nakoniec dla P. Boga. Nie możeli być, aby go w łaskę swą przyjąć raczył, saltem niechby mu litteras passus w kancellaryi swej napisać rozkazał, iżby za tym listem mógł przez państwa J. C. M. bezpiecznie przejechać tam, gdzieby miał potrzebę. A te litteras passus poszlij W. M. do ręku moich. Proszę za nim pilnie. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya.

LXVII.

Idem.

Episcopo Posnaniensi [1].

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Officiorum et obsequiorum meorum commendationem. Za nowiny około tej ligi W. M. dziękuję. Co się tycze, iż W. M. miał listy Króla J. M. około Bekesza [2], przy którym liście mego listu żadnego nie było tak, jako W. M. piszesz, to nie wiem, czemby się tak stać miało. Bo ja wiem, iżem pisać rozkazał, i rozkazuję zawzdy, ilekroć się jedno pisze od Króla J. M. do W. M., a czasem i chociaż się od Króla J. M. nie pisze. Lecz témi czasy umarł Doktor Rożanka, który miał w ręku tę expedycyą, a tak dowiedzieć się tego nie mogę, jako się to działo.

U nas nowin nie masz, jedno, że się już panowie rozjechali, którzy się byli temi czasy tu zjechali. O P. Rokosowskim [3] nie wątpię, iż satisfaciet W. M. Listy do J. X. Biskupa Przemyślskiego [4] oddane są bratu jego rodzonemu P. Sanockiemu [5]. Z tem się W. M. zalecam i przyjacielskie służby swoje.

Dat. Varsaviae die 13 Junii 1571.

---

[1] Adam Konarski.
[2] Kasper Bekiesz (patrz w Cz. II, str. 360, przypis. 2).
[3] Jakób Rokosowski, Podsędek Poznański.
[4] Walenty Herburt.
[5] Jan Herburt, Kasztelan Sanocki, Starosta Przemyślski.

LXVIII.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. ac R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Studiorum et obsequiorum meorum commendationem. Ad eos rumores de nobis, qui I. P. vestram magis quodammodo premere videntur, etsi Regia Majestas responsum suum differt ad id usque tempus, dum simul ipsi quoque S. D. nostro de iisdem rumoribus respondebit, tamen ego paucis I. P. vestrae respondebo. Fuisse quidem nonnihil, unde rumores ejusmodi, quales istuc perferuntur, hausti esse videntur; sed totum id ad alium quendam finem erat institutum quam vulgo homines opinentur: quod quidem quale sit, alio fortassis tempore commodius poterit P. vestrae significari. Nunc illud satis. Vana et inania omnia fuisse, quae vulgo existimabantur. Neque enim per Dei gratiam tam exiguo est Majestas illius consilio, ut ad ea properet, quae difficultatibus ullis regnum Majestatis ejus involvere posse videantur. Neque sane, vel illud maxime miror, potuisse haec ulla ratione vel I. P. vestrae, vel ipsi quoque S. D. nostro persuaderi. Coadjutoriae domini Cromeri non desum quam maxime possum, nec in ipsa Majestate Regia magnopere video, quid amplius possit desiderari. Praeter ea enim, quae ad S. D. nostrum in hoc genere sunt perscripta, missus fuit etiam Internuncius Majestatis ejus ad Capitulum et arcium ac civitatum episcopatus Varmiensis praefectos, qui de voluntate Majestatis Regiae omnes faceret certiores, velle Majestatem ejus, ut D. Cromerus prorsus sit I. P. vestrae Coadjutor. Cui quidem Internuncio ita a Capitulo responsum est, ipsos ad Majestatem regiam missuros esse, qui Majestatem ejus de juribus quibusdam et privilegiis ecclesiae illius plenius instruant, et ne designatione ejusmodi Coadjutoris istius privilegia eorum

labefactare velit, supplicent Majestati illius. Hactenus ab illis nemo comparet. Quamobrem non videt Majestas ejus, quid sibi sit amplius in hoc genere faciendum, praesertim sub haec tempora, quibus pleraque alia negotia terrarum illarum videntur esse in nonnullas difficultates adducta. Illos censeret, censuris Pontificiis, uti inobedientes, esse percellendos: ut res ante comitia ad exitum optabilem adducatur. Ita enim I. P. vestra habeat. Nisi ante comitia finis huic negotio impositus fuerit, quae quidem comitia in proximo Octobri fore speramus, valde vereri me, ne causa ista Coadjutoriae, turbulentos aliquos Duces ad oppugnandum nacta, vehementer affligatur. De quo etiam ipsum D. Coadjutorem diligenter admonui. Quod ipsum I. P. vestra recte fecerit.

Pro Ticinio [1]) video quid scribat I. P. vestra ad Regiam Majestatem. Sed hactenus quidem impetrari nihil potuit, atque etiam, ut sunt res, vix poterit, coarctatis hoc tempore apud nos et compressis foribus liberalitatis. Me quod attinet, omnia prospera et secunda D. Ticinio faveo. Malvetius [2]) quidem habet quod volebat, opera mea impetratum. Nec dubito quin res ipsa jam sit exitum suum consecuta. Optime valere I. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 13 Junii A. D. 1571.

LXIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Commendono Cardinali [3]).

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequio-

---

[1]) Jerzy Ticini, jak okazuje się z niniejszych dokumentów, w epoce tej, mianowicie od 1569 roku był Kantorem Łęczyckim. (Patrz w Cz. I, str. 56, N. XXXVI.)

[2]) Emil Malveci.

[3]) Jan Franciszek Commendoni.

W. M. ta poddana nasza z Warszawy Katarzyna Grodzka z mieszczany Łowickiemi, poddanemi W. M. A acz nie wątpimy, iż jako każdemu innemu, tak i tej poddanej naszej sprawiedliwość uczynić W. M. rozkażesz, jednak, iż nas za nią o list przyczynny do W. M. proszono, żądamy W. M. tym listem naszym, aby jej tam sprawiedliwość nieodwłoczna uczyniona była.

Dat. Varsaviae die 19 Junii 1571.

LXXIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Agricolarum, quorum causam R. D. vestra tam diligenter agit, me quoque ipsum miseret: nec diffiteor, rationem illorum aliam fortassis haberi oportuisse, si alia essent tempora, vel potius si nos ipsi, alii quam sumus essemus. Verum, his quidem temporibus et his nostris moribus, ferendum est quod mutari non potest, et Deus Opt. et Max. invocandus, ut et mores corrigat, salva republica, et bona tempora restituat. Nunc quidem affligere se inaniter et frustra in re acta et transacta quiritari, non libet: illud libet, legibus, cuicuimodi sunt, parere et si quid modeste deinceps meliores optare.

Nec minus de eo quod R. D. vestrae debetur, ferendum interea esse judico, in tanta non solum rerum, verum etiam animorum nostrorum angustia: qui perire propemodum id existimamus, quod dissolvendo ei quod cuique debetur, impenditur. Si qua occasio deinceps consulendi ei rei apparuerit, eam temere nunquam praetermittam.

Quod scribit R. D. vestra, ne cetera quidem admodum se morari, equidem si recte haec cetera intelligo, non video quem possit in his rebus accusare. Me, quod attinet et praestiti hacte-

nus officium meum R. D. vestrae et deinceps non invitus sum praestaturus, rebus ipsis magis quam verbis, more meo. In eo non fallam R. D. vestram. Verum quid nunc agam amplius? Coadjutoriam et ursi quantum potui et per Dei gratiam confeci, adversarios multos mitigavi. Inductorem in possesionem cum amplissimis instructionibus et declarationibus mitti a Regia Majestate obtinui, reliquum, Pontificia auctoritate interposita, conficiendum esse admonui. Quid agam praeterea? Ego vero iterum atque iterum de Pontificia interponenda auctoritate admonebo, quae non mea magis quam Regiae Majestatis sententia esse videtur: ut videlicet censurae depromantur et cogatur Capitulum Pontificiae auctoritati parere. Nam nos quidem, propter periculum motuum quorundam in illis terris, libenter hoc tempore dissimulamus et, ut opinor, ad comitia usque dissimulabimus, non repugnaturi tamen, quominus jus quisque suum legitimis aliis rationibus persequatur et tueatur. Scripserunt hic quidem ad Regiam Majestatem omnes Palatini Prussiae litteras unas communes, ex funere Episcopi Culmensis datas, quibus queruntur, libertates suas offendi distributione honorum in illis terris in alienigenas, praesertim primarum dignitatum, qualis est Episcopatus Varmiensis. Ad eas litteras nihil est responsum. Verum, si res cum capitulo conficeretur, facilior esset reliqua omnis totius hujus negotii explicatio. Nunc admodum vereor, si res ad comitia extracta fuerit, ne multa impedimenta habeamus, tum a Prussis, tum ab haereticis omnibus, tum denique a nonnullis catholicis, quorum in R. D. vestram dubia est voluntas, vel potius non dubium odium. Itaque, quam unam earum rerum medicinam esse video, auctoritatem censurarum Pontificiarum, de ea R. D. vestram admoneo: paratus omnia facere, quae R. D. vestra in rem suam fore judicaverit. Illud autem meminerit, non silentio, nec remissione animi et negligentia auxilium Dei comparari, sed vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia evenire. Bene valeat R. D. vestra.

Dat. Varsaviae die 26 Junii 1571.

LXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Brandeburgensi.

I. Principi domino Joanni Georgio Marchioni etc. I. princeps D. affinis noster charissime. Pergratum nobis et perjucundum fuit ex litteris I. vestrae intelligere, commendationem nostram pro investitura Brandeburgensi I. D. Alberti Friderici in Prussia Ducis, apud I. vestram factam, eum quem sperabamus locum habuisse. Quo sane nomine I. vestrae gratiam habemus. Atque adeo hoc magis, quod, paulo ante redditas nobis I. vestrae litteras, certiores facti sumus a Venerabili Oratore nostro, quem in aula Caes. Majestatis habemus, benevolentiam hanc I. vestrae erga I. D. Prussiae Ducem, re ipsa esse proxime comprobatam, dum singulari gratia Caes. Majestatis et nostro quoque favore non vulgari adjutus I. D. Dux locum suum in simultanea ista investitura Brandeburgensi tenuisse dicitur. Quae res equidem ut est I. vestrae honorifica, ita ut sit et familiae Brandeburgensi universae salutaris ex animo favemus. De studio et vigilantia I. vestrae in comprimendis conatibus adversariorum adversus terras Prussiae, intelleximus ex iisdem litteris I. vestrae. Quo ipso etiam nomine gratiam I. vestrae habemus, et ut ad omnes ejusmodi motus intenta sit etiam in futurum, rogamus. Nunc quidem nos quoque ipsos Caes. Majestas facit certiores, periculi nihil esse: cui nos fidem libenter habemus. Non desinimus tamen interea terris nostris prospicere et in omnia adversariorum consilia inquirere. De quibus etiam ipsis si quid ejusmodi deinceps I. vestra cognoverit, quod nostra aut terrarum nostrarum Prussiae interesse videatur, non dubitamus I. vestram, memorem et ejus necessitudinis, quae I. vestrae cum I. D. Prussiae Duce intercedit, et officii sui quod debet terris Prussiae, et ejus denique benevolentiae qua I. ve-

stram prosequimur, eum se esse praestaturam, quem et ipsa pollicetur, et nos facile confidimus. In primis autem non dubitamus, nos esse de omni statu earum rerum per litteras suas facturam certiores, quoties opus fuerit. Bene valeat I. vestra.

Dat. Varsaviae die 28 Junii 1571.

LXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1].

I. princeps D. nepos noster charissime. Accepimus litteras I. vestrae, quibus nos de consilio suo exaudiendi rationes eorum, qui tempore pubertatis I. vestrae gubernationi Ducatus praefuerunt, facit certiores. Probamusque in eo studium et voluntatem I. vestrae, quod negotium id diutius differendum esse non existimaverit, et quod illud adhibitis reliquis provincialibus suis Consiliariis suscipere tandem constituerit. Verum ut res omni ex parte perfecta sit, illud I. vestram admonemus, pro nostra perpetua erga illam benevolentia, ne id absque interventu Commissariorum nostrorum suscipiat: cum non ignoret nos et supremi Tutoris I. vestrae nomen obtinuise, et terrarum illarum supremum ac directum dominum esse, et denique omnibus I. vestrae rebus ac rationibus quam maxime prospectum semper cupivisse atque etiamnum cupere. Quamobrem faciet nos ante omnia I. vestra de die certiores, quem ad diem vacare ejusmodi negotio exaudiendarum rationum constituerit: ut nos quoque ad eum diem commissarios nostros in rem praesentem mittere possemus, qui I. vestram in ejusmodi re adjuvent, et qui nomine nostro provideant, quae ad providendas I. vestrae

---

[1]) Albert Fryderyk.

et terrarum illarum rationes pertinere videbuntur. Bene valere I. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 28 Junii 1571.

LXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus civitatis nostrae Cracoviensis f. n. d. Gratiam nostram regiam. Spectabiles et famati f. n. d. Tametsi jurisdictio, quo ad bonum regimen Civitatis nostrae Cracoviensis, officio F. vestrarum de jure commissa videtur, sed quoniam jam causa inter Famatos seniores totius contubernii pannicidarum seu pannorum venditorum Cracoviensium pridem ad nos devoluta intercessit, in eo, quod seniores contubernii sartorum, singulique fratres ejusdem contubernii Cracoviensis, non expectata cognitione nostra de quodam decreto, per ipsos sartores, ut dicitur, nulliter et illegitime obtento, ausi sunt, atque adeo etiam audent, integra stamina pannorum domi suae conscindendo, tunicas aliaque genera vestium de novo illo panno laborare, atque in venditorio publico, vel alibi in locis publicis vendere, in magnum damnum praejudiciumque pannicidarum, quorum ejusmodi mercatura, etiam juxta praerogativas ac privilegia a praedecessoribus nostris eisdem concessa, propria esse videtur, et qui hoc nomine nobis ac reipublicae contributiones laudatas pendunt. Itaque quoniam nos velimus unumquemque jure suo legitimo gaudere, mandamus F. vestris omnino habere volentes, ut quamprimum praesentibus requisitae fuerint, praenominatos pannicidas, seu pannorum venditores, in libero usu dictorum privilegiorum ipsorum conservent, conservarique ab aliis curent; nec hujusmodi vestes, de panno novo et integris staminibus domi conscissis confectas, ipsis sartoribus laborare, neque in venditorio publico nec alibi usquam publice vendere permittant, tamdiu, donec de validitate vel potius nullitate commemorati de-

creti pro sartoribus illegitime obtenti per nos decisum fuerit. Non obstante praedicto decreto nulliter, ut dicitur, obtento, et aliis quibusvis litteris nostris, ad importunam instantiam in contrarium de quacunque Cancellaria nostra emanatis, vel emanandis. Pro gratia nostra et sub poena mille florenorum Hungaricalium fisco nostro irremissibiliter applicandorum F. vestrae aliter non facturae.

Dat. Varsaviae die 28 Junii 1571. Regni nostri 42.

LXXVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Andreae Angeli.

Magnifico mio charissimo. Otrzymałem w dniu 29 Czerwca paczkę z listami Księdza Biskupa Poznańskiego, które mi W. M. przysłałeś. Dziękuję, że nie zaniedbaliście zająć się interesem mego synowca, który przybył do Krakowa [1]). Pisałem do Dyrektora Poczty, Sebastyana Montelupiego, aby jak najprędzej przesłał W. M. Panu złotych dwieście a conto rzeczonego interesu. Wszakże na przyszłość zastrzegam, ażebyście na moje conto nie wydawali ani jednego szeląga, bez wyraźnego mego polecenia, nie zważając na żadnej innej osoby żądania, i w czyjem bądź imieniu. Życzę W. M. zdrowia.

D. w Warszawie 3 Lipca [2]).

---

[1]) Zdaje się z porównania z następnemi listami, że tu wspomina X. Podkanclerzy o synowcu Franciszku Krasińskim.

[2]) Przekład z Włoskiego.

LXXVIII.

Idem.

Sebastiano Montelupi.

Panie Sebastyanie miły. Proszę, abyś W. M. te dwieście złotych, któreś mi W. M. posłać miał, posłał do rąk à M. Andrea Angeli do Wiednia, bo je wydał na potrzeby moje, a jam mu je od W. M. naznaczył. Bene valete.

Dat. Varsaviae 4 Julii A. D. 1571.

LXXIX.

Idem.

Theodorico Jesuitae.

R. D. amice charissime. Accepi litteras Devotionis vestrae R. ex quibus amorem D. vestrae R. erga me nepotesque meos intellexi. Quo nomine gratiam illi habeo. Quod sumptus attinet in Franciscum factos, gaudeo nihil illi deesse rerum necessariarum. Illud tamen cuperem, ne cum illi cetera non desint, ipse sibi defuisse videatur. Quod ne accidat, maxima ex parte video esse in monitis et hortationibus D. vestrae R. constitutum. Joannem [1]) in dies expecto: quem video freno potius quam calcaribus indigere. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 4 Julii 1571.

---

[1]) Jan Krasiński, który, jak wzmiankowaliśmy wyżej, znajdował się długo na naukach w Rzymie, pod opieką Kardynała Stanisława Hozyusza.

LXXX.

Idem.

Petro Volski.

Generose D. amice charissime. Sam W. M. znać możesz, iż póki tam nic gruntownego od W. M. nie mamy, tam od nas nie wiedzieć cobyśmy do was pisać mieli. A tak staraj się W. M., aby tym rzeczom koniec był co najrychlej. Interim jednak dobrze W. M. czynisz, iż tak często pisywasz, bo się ztąd znaczy, iż na pilności W. M. tam nic nie schodzi. Co W. M. z listu mego wiedząc, nie czekaj W. M. na ten czas pisania J. K. M., gdyż nie masz co pisać. U nas nowego nie masz nic. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 4 Julii 1571.

LXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Na co się zanosi tam około Spiża, to wyrozumiecie z tych kopij listów, które wam posyłamy. Pisaliśmy też byli niedawno o inne doległości tych tam poddanych naszych do was, abyście je byli Cesarzowi J. M. przełożyli. Teraz jako tego przybywa, każdy baczyć może. Rozkazujemy wam, abyście to Cesarzowi J. M. opowiedzieli ze wszystką pilnością i o to się starali, jako ujrzycie, iż pisze starosta do służebnika swego, bo gdzieby to pohamowano nie było, obawiaćby się trzeba, żeby do czego dalszego nie przyszło, czego Boże uchowaj. A tak i teraz i napotem nie czekajcie od

nas rozkazania około tego osobnego, ale gdy wam dadzą znać ze Spiża od Starosty albo od urzędu jego doległości jakie tych tam poddanych naszych, starajcie się przystojnie z pilnością wszelaką, jakoby to przez Cesarza J. M. pohamowano było. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 4 Julii A. D. 1571. Regni nostri 42.

LXXXII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. ac R. in Christo pater et D. D. observandissime. Non valde habeo, quid scribam, praesertim cum nudius quintus decimus abunde scripserim, quae scribenda videbantur. Apud nos novorum nihil est, et quae istic nova de nobis ferebantur, ea nihil habent soliditatis, ficta et assimulata sunt. Optime valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae die 4 Julii A. D. 1571.

LXXXIII.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Wczora tu miał publice P. Marszałek Morawski, Poseł J. C. M. [1]) audyencyą pierwszą u Króla J. M., na której nic było nic, jedno dziękowanie za traktaty około Siedmigrodzkiej ziemie, które acz się przerwały śmiercią Królewicza J. M., której Cesarz J. M.

---

[1]) Bertold de Leip in Krumau.

nie pomału żałuje, jednak uczynność i staranie Króla J. M. w tej mierze, nie wygaśnie z pamięci J. C. M.

Inne rzeczy odłożył na drugie audyencye, które jako rozumiem będą privatae. Tamże podobno będzie i o Prussy i o Narvicam navigationem i o Transylvaniam etc., z których rzeczy jeszcze na ten czas nic nie ruszono. Ja ile baczyć mogę, będzie miał rychłą odprawę we wszystkiem P. Marszałek, o czem dam potem znać W. M. Byłem wczora u niego z rozkazania J. K. M., gdziem to obaczył, iż się rzeczy rychło odprawić módz będą. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 4 Julii 1571.

LXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis Teloneorum nostrorum aquaticorum in regno et dominiis nostris Exactoribus, quorum nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, eorumque Notariis Gratiam nostram regiam. Sincere et fideles dilecti. Demittuntur istac per fluvium Istulam tria vasa vini et quaedam alia R. Martino Cromero Episcopatus Varmiensis Coadjutori, Secretarioque nostro ex civitate nostra Cracoviensi in terras Prussiae. Quae omnia cum ejus propria sint et pro usu ipsius domestico demittantur, vobis mandamus, et ejusmodi vasa vini et omnes res circa illud existentes libere pro hac vice in anno praesenti, sine telonei cujusvis exactione et alia quavis difficultate duci in terras Prussiae permittatis, et ab aliis permitti curetis, praesertim cum ab iis nullum alioqui teloneum debeatur. Pro gratia nostra. In cujus rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum.

Dat. Varsaviae die 5 Julii A. D. 1571.

LXXXV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Binas jam litteras a D. vestra R. accepi, quibus non respondi, ac ne nunc quidem fere respondeo: nisi quod tamen discedentem alterum tabellarium R. D. vestrae sine meis litteris dimittere nolui. Per alterum autem ad omnia respondebo. Res ita habet. Convenimus cum R. D. Nuntio Apostolico [1]), ut is cum Regia Majestate agat serio de negotiis D. vestrae R. Agat autem priusquam ego egero, ut possim deinde facilius ea superstruere, quae desiderari videbuntur. Nunc expectat R. D. Nuntius, dum illi hora colloquii, a Majestate regia assignetur, de qua uterque solliciti sumus, ut primo quoque die assignetur. Ubi assignata fuerit, depromentur multa ab R. D. Nuntio apud Regiam Majestatem, suggesta et suppeditata ex instructione mea, quae causam D. vestrae R. non mediocriter, ut spero, adjuvabunt. Reliqua ego ipse persequar, nec in ea re ullas boni amici partes desiderari in me a D. vestra R. patiar. Quicquid profecerimus, per alium tabellarium D. vestram R. faciam certiorem. Bene valeat.

Dat. Varsaviae die 7 Julii 1571.

---

[1]) Wincenty Portico.

Cum haec scriberentur, adivi regiam Majestatem et cum viderem plusculum otii esse Majestati ipsius ab aliis negotiis, egi cum Majestate ejus serio tum de Elbingensi insolentia, tum de Capituli Varmiensis inobedientia: quibus utriusque in rebus inesse ostendi summam indignitatem Regiae ipsius Majestatis, ut nunc cetera incommoda omittam, quae apud Majestatem regiam non omisi: sed ea nunc narrandi non est tempus, sicut ne ea quidem, quae Majestas ejus tunc pluribus verbis respondit. Decrevit igitur Majestas ejus litteras et ad Elbingensem et ad Capitulum ipsum ita scribendas, ut intelligant Majestati ipsius factum utrorumque magnopere displicere. Eas accipiet R. D. vestra per alterum tabellarium, quem hic diem unum atque alterum ea de causa retinuimus, alterum autem dimisimus, cum expeditione litterarum R. D. Legati impediendae interim ejus electionis gratia, quae futura esse dicitur ad diem mensis ejus vigesimam. Bono igitur animo esto R. D. vestra et rebus ipsa suis invigilet, hoc magis nunc quam unquam antea; quod si ea occasio negligitur, quae nobis se ostendit hoc tempore, tam propitiam, verendum sit, ne nullam aliam habere posse videamur. Nam si plusculum temporis adversariis ad sese colligendum concedimus, et rem ad comitia differimus, magna quaedam tempestas nobis est expectanda. Dixi.

LXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Venerabilibus Praelatis et Canonicis, totique Capitulo Varmiensi d. n. d. Gratiam nostram regiam. Venerabiles d. n. d. Jampridem est, cum summa in eo deliberatione adhibita, ita rebus nostris et reipublicae postulantibus, designavimus, et S. Sedi Apostolicae praesentavimus in coadjutorem ecclesiae Varmiensis cum futura certa successione R. Martinum Crome-

rum juris utriusque Doctorem, Cantorem et Canonicum Varmiensem, Custodem Sandomiriensem et Visliciensem, ac Canonicum Cracoviensem et Secretarium nostrum. Quem ipsum S. Sedes Apostolica, ipso S. D. nostro referente et universo S. Rom. ecclesiae Cardinalium collegio omnibus suffragiis approbante, jampridem confirmavit. Sicuti id totum non praetermisimus jampridem quoque D. vestris significare, per litteras, per instructiones, per Internuntium denique nostrum. Itaque et est is sane, et habetur, eritque adeo et habebitur tam a nobis quam a S. Sede Apostolica verus atque legitimus Coadjutor Varmiensis. A solis modo D. vestris, quae contra geri istic ac fieri dicuntur, ea nos magna molestia afficiunt. Nam et in constituendis rationibus ecclesiae, negligi a D. vestris et propemodum contemni voluntatem nostram videmus, in eo, quod Coadjutorem Episcopatus a nobis datum D. vestrae non agnoscunt, et ex eo quasi malorum fonte, magnam gravissimorum et maxime necessariorum reipublicae negotiorum perturbationem in istis terris nasci ac oriri cernimus, usque adeo, ut ne contributio quidem in praeteritis Varsaviensibus comitiis, summo studio R. D. Episcoporum, in omnes qui subsunt illorum ditioni, decreta et constituta, hactenus in Varmiensi Episcopatu exigi ulla ratione potuerit, propter hanc rebellionem ac pertinatiam vestram erga Coadjutorem. Ac promittebant nobis quidem D. vestrae per Internuntium nostrum, se huc ad nos propterea cum supplicationibus et instructionibus quibusdam de juribus ac privilegiis suis primo quoque tempore missuras esse. Quod nos quidem totos sex menses expectavimus. Nunc igitur quandoquidem id hactenus D. vestrae non fecerunt, ac ne excusationem quidem ullam ad nos ejus facti sui attulerunt, expectare sane diutius nec debemus, nec possumus nec volumus, pro eo, quanti et dignitatem nostram et Reipublicae negotia chara habemus. Quamobrem D. vestris jam nunc severissime omni interposita Regia auctoritate nostra mandamus, ita omnino et non aliter habere volentes, ut deinceps praefatum R. D. Martinum Cromerum, verbo, scripto, facto, omni

denique alia significatione, pro vero ac legitimo Coadjutore Varmiensi agnoscant, eique in absentia R. D. Cardinalis et Episcopi Varmiensis, in omnibus tam spiritualibus quam saecularibus negotiis, non secus quam ipsi R. D. Cardinali et Episcopo, pareant: et omnino erga eum ita se gerant, uti erga Coadjutorem et futurum verum, certum atque legitimum Episcopatus Varmiensis successorem, nuncque etiam Vicarium et Administratorem illius Episcopatus. Nullis obstantibus litteris nostris, si quae forte per errorem etiam cum subscriptione manus nostrae vel jam emanarint, vel deinceps utcumque emanaturae sint. Non enim alia est eritve unquam de his mens aut sententia nostra, quam quae his patentibus litteris nostris expressa est. Alioqui nisi jam tandem D. vestrae voluntati nostrae in eo se acommodaverint, et nisi post redditas sibi et exhibitas has litteras, praefatum R. Cromerum pro Coadjutore susceperint, nos quidem cogemur quamprimum et indignitatem istam ac contemptum nostri omni ratione vindicare, et damna ac incommoda omnia, quae inde tam ad nos quam ad rempublicam ipsam plurima redeunt, ex bonis et personis D. vestrarum sarcire ac compensare, et denique id agere nihilominus et providere, ut praefatus R. Martinus Cromerus verus, certus, legitimus Varmiensis Episcopatus Coadjutor ubique et sit et habeatur. Secus D. vestrae, pro eo quanti gratiam nostram faciunt, facere ne ausint.

Dat. Varsaviae 10 Julii A. D. 1571.

LXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Martino Cromero.

R. d. n. d. Exigendae ejus contributionis potestatem, quae et summa cum R. D. Episcoporum voluntate in praeteritis Varsaviensibus comitiis in omnes eos constituta, qui subsunt eccle-

siasticae ditioni, permisimus ipsis R. D. Episcopis, ut ipsi per eos, quos maxime fideles et ad eam rem idoneos esse existimarent, eam exigerent, et per eosdem deinde in aerarium nostrum inferrent. Nunc istic in Episcopatu Varmiensi, cujus D. tua est Coadjutor, nuncque adeo absente R. D. Cardinali et Episcopo, vicarius et administrator, nihil eorum audimus fieri. Ex quo cum ordo reipublicae magnopere perturbatur, tum magna praeterea ad rempublicam redeunt damna atque incommoda. Cum autem ejus rei causam quaereremus, certiores facti sumus, Capitulum illud Varmiense D. tuam pro Coadjutore non agnoscere, atque ejus mali contagionem etiam ad Episcopatus illius subditos et reliquos Prussiae terrarum incolas transmittere, ne se ad solvendas debitas reipublicae contributiones moveri auctoritate D. tuae ulla ratione patiantur. Quae res quidem hoc magis nos molestat, quod et denuntiasse nos quidem Capitulo meminimus per litteras et Internuntium nostrum de Coadjutoria D. tuae voluntatem nostram, et illud plane videmus, nisi ei rei primo quoque tempore obviam itum fuerit, multo etiam majora ad rempublicam incommoda esse perventura. Quamobrem scribimus Capitulo, ad eum modum, quem D. tua ex ipsis patentibus litteris nostris cognoscet: quas quidem litteras volumus eis quamprimum ita exhiberi, ut simul etiam ad aliorum omnium notitiam ea quae scribimus possint pervenire. Quod quidem D. tua omni ratione curabit et providebit. Quoniam autem ea spe sumus, deinceps D. tuam sine contradictione pro Coadjutore a Capitulo ipso susceptum iri, hortamur D. tuam et vigore Constitutionum regni serio illi praecipimus, ut in exigenda quamprimum constituta contributione a subditis Episcopatus Varmiensis, operam omnem nobis et reipublicae navet, ita ut pecunia in aerarium primo quoque tempore inferri possit. Quin et aliis in rebus omnibus, quae deinceps ad officium D. tuae Coadjutoris, in illis terris pertinere videbuntur, demonstret se esse D. tua nostri et reipublicae quam maxime studiosam, ne nos unquam judicii nostri de D. tua, in conferenda hac Coadjutoria, incipiat poenitere.

Dat. Varsaviae die 10 Julii A. D. 1571.

LXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsulibus et Consulibus, Advocato et Scabinis et universis incolis regiae civitatis nostrae Elbingensis. Gratiam nostram regiam. Spectabiles et Famati f. n. d. Perfertur rursus ad nos, non sine maximo dolore nostro, ministros et sacerdotes catholicae religionis, ejus in qua nos cum et nati et baptisati et educati simus, libentissime omnino persistimus, non eo loco esse et haberi in civitate ista, quo maxime conveniret et quo nos maxime omnium cuperemus ac vellemus. Nam et sacra illorum istic disturbari et officia impediri et homines ipsos publice contumeliis, convitiis, verberibus, indignissime adfici audimus, nulla ejusmodi licentiae a F. vestris non modo irrogata, sed propemodum ne denuntiata quidem aut constituta poena. Ut interim alia omittamus, quae suo tempore fortassis omitti non poterunt. Ac existimabamus nos quidem, post datas nostras ante quadriennium fere litteras ad F. vestras de ejusmodi rebus diligenter scriptas, finem insolentiis ejusmodi impositum esse, sicuti sane impositum oportuit, in morigera et bene constituta civitate: praesertim cum intercessissent paulo post aliae nostrae litterae, quibus sacerdotes praedictos (quod tamen alioqui in civitate regis catholici fieri minime necesse fuerat) specialiter in tutelam, patrocinium et protectionem nostram suscepimus, ac salvo conductu nostro regio illos munivimus. Verum rem longe aliter quam opinabamur cecidisse, non sine admiratióne et dolore nostro, accepimus. Non solum enim id ad imminutionem religionis, non solum ad scandalum et offensionem multorum pertinere intelligimus, quod ipsum tamen merito maximi fit a nobis, verum etiam proprie ad injuriam et ignominiam nostram fieri interpretamur: primum, non esse honorem, non tranquillitatem, non

securitatem, non locum denique consistendi sacerdotibus catholicis in civitate nostra, qui sumus per Dei gratiam rex catholicus, in ea praesertim civitate, quae antiquitus ab ipsa fundatione sua religionem catholicam profitebatur: deinde mandatorum nostrorum in hoc genere non aliam istic rationem haberi, quam si ea alienae prorsus civitati mandarentur, aut si ea non a nobis, sed a vicina aliqua et pari jure constituta civitate ad F. vestras scriberentur. Non ignoramus contemptum litterarum regiarum, praesertim sanctione et poena munitarum, nudis litteris vindicari non posse, verum tamen pro bonitate animi, ingeniique nostri, videndum praeterea nobis esse statuimus, ecquid F. vestrae velint sponte sua modum aliquem his rebus jam tandem ponere et, cohibita insolentia ejusmodi, sacerdotes ac ministros Dei, ac religionis nostrae catholicae, tutos, incolumes ac securos in civitate nostra praestare et ab injuria hominum licentiosorum defendere. Si facient F. vestrae, tum et mandatis quidem nostris parebunt et officio boni magistratus perfungentur. Sin minus, tum nos quidem alias rationes quaerere cogemur, quibus et religio summi Dei et honor presbyterorum et tranquillitas publica et auctoritas mandatorum ac salvorum conductuum nostrorum, recuperata esse in civitate ista videantur.

Dat. Varsaviae die 10 Julii A. D. 1571. Regni nostri 42.

LXXXIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Dum cogito, ut rebus potius quam verbis ad aliquot R. D. vestrae epistolas respondeam, in omnibus meis litteris quas ad ipsam dabam per haec tempora brevior eram, quam res fortassis ipsa exigebat. Nunc quantopere fuerim de rebus R. D. vestrae sollicitus, ex iis

rebus quas mitto, potius quam ex litteris meis, cognoscat malo. Mitto enim illi et litteras privatas clausas et apertas, ad Capitulum, utrasque subscriptas chirographo Regiae Majestatis, ex quibus se esse et haberi a Majestate Regia pro Coadjutore intelligat, contra quem inimicus et adversarius aut sperabat, aut cupiebat certe quidem. Mitto autem eas per Regiae Majestatis cubicularium, ut res auctoritatis plus et fidei haberet. Ei solvet D. vestra R. sumptum in iter factum. Nam si illi expeditio de thesauro Regiae Majestatis expectanda fuerat, nae illi diutius haerendum hic fuisset, ut sunt expeditiones ibi lentissimis expeditionibus lentiores. Instruet autem illum D. vestra R., quonam modo cum cum Capitulo procedere velit, quibus verbis uti, quo gestu, qua significatione. Monui enim hominem, ut se ad voluntatem D. vestrae R. in omnibus rebus accommodaret. Et est alioqui satis dexter ad omnia. Et quoniam nihil deesse D. vestrae R. arbitror ad plenam Coadjutoriam, ex iis rebus dico, quae ab aula nostra expectari possint, ita iis, quae nunc mittimus utetur, ut ne amplius quemadmodum hactenus fortassis factum est, ipsa sibi defuisse videatur. Neque enim Polonus, ut Romanus sedendo vincit, sed vigilando, agendo, urgendo, omni occasioni instando, eamque premendo et vincit omnia et obtinet. Non narro hoc tempore D. vestrae R., quo studio, quanta cura et sollicitudine, quibus denique argumentis et rationibus obtinuerim ea quae mitto. Tam enim gaudeo obtenta fuisse, ut nullius laboris amplius meminerim. D. autem vestra R. det operam, ut se quoque Regiae Majestati et reipublicae probet in iis rebus quae a Majestate ejus et a republica expectantur: quae quidem et justa et necessaria et laudabilia D. vestrae R. videri necesse est, cum sint omnium suffragiis semel comprobata. Mitto et mandatum ad Elbingenses, satis, ut opinor, ad negotii et temporis rationem accommodate scriptum. Si fides erit in iis, in quibus esse summa deberet, non laborabimus; sin minus, quid amplius litteris et scribendo proficiamus, non video: nisi forte alia arma expedierimus. Sed novit R. D. vestra tempora, novit homines. In me sentio non-

nihil interdum a D. vestra R. requiri. Immerito, mea quidem sententia. Vellem enim non labore, non opera, non cura, non industria, non sollicitudine, sed vita ipsa mea dignitatem Regiae Majestatis, salutem reipublicae et ecclesiae tranquillitatem representare. Verum quid agas his moribus et his temporibus? Frustra niti et nihil aliud quam odium quaerere, extremae dementiae esse sapientes homines judicarunt. Tu si hic sis, viderem quid ageres. Facile omnes cum absumus, consilia praesentibus subministramus. Capitulum regere interdum non possunt, qui capitis locum obtinent: quid nunc agat capitellulum, in vero ipso atque maximo omnium capite regendo atque gubernando. Quae omnia me abundantia quaedam amoris mei erga D. vestram R. hoc tempore scribere coegit. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 15 Julii A. D. 1571.

XC.

Legatio S. Caes. Rom. Majestatis ad S. Regiam Majestatem secreta

per Magnificum Bertholdum de Leip in Krumau, regni Boëmiae Marsalcum haereditarium, et Venerabilem Joannem Cyrum Abbatem Vratislaviensem, — Varsaviae reddita ad Cancellariam 10 Julii 1571.

S. ac P. Rex et D. D. clementissime. Cum sua Caes. Majestas D. N. C. praeclarum ac vere Christiano principe dignum conciliandae concordiae inter suam Caes. Majestatem et S. quondam Transylvaniae principem [1]) studium, (pro quo nuper publice S. Caes. Majestatis nomine gratias quam maximas diligenter V. R. Majestati egimus) non eo tantum spectasse, ac

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya, Książę Siedmiogrodzki.

a V. R. Majestate tanta animi cura ac sollicitudine susceptum fuisse existimet; ut V. R. Majestas memorati sui nepotis, S. Transylvaniae principis, rebus consuleret: (quod magis privatae affectionis quam tanti Regis totius Christianae Reipubl. studiosissimum foret officium) sed ut ea amicitiae et pacis conciliatione, universi orbis Christiani publicam salutem promovendo, gloriosum suum nomen sempiternae laudi consecraret: curae ac vigilantiae suae, quam, uti supremus Christianorum Monarcha, reliquis Christianis principibus ac Regnis debet, esse statuit, eam quamprimum inire rationem. Ne sublato divina permissione praefato S. principe, sperati ac procul dubio eo V. R. Majestatis constituendae amicitiae zelo spectati fructus simul intermoriantur, atque una cum illo summae expectationis principe intercidant. Itaque sua Caes. Majestas, pro pia sua ac insigni in Rempubl. Christianam sollicitudine, eo omnes ingenii sui nervos intendit, eo cuncta sua collimat consilia, eo universas suas dirigit actiones, ut quae ex hac per V. R. Majestatem conflata conjunctione, sui cum Caes. Majestate S. nepotis [1]) redundatura, juxta pacta conventa, ipso vivo sperabantur ad omnes Christiani orbis provincias maxima commoda atque praesidia, ea ipso etiam sublato ad optatum et salutarem deducantur effectum.

Hac igitur potissimum de causa S. C. M. praesentem hunc Magnificum Baronem ac Consiliarium suum (cujus perspectam habet fidem, integritatem et prudentiam) ad vestram Sacram Regiam Majestatem ablegare voluit, ut is una mecum, nomine suae Caes. Majestatis de ea re cum vestra Regia Majestate confidenter deliberaret, atque salutaria consilia conferret. Idque tanto majori cum fiducia, quanto S. Caes. Majestas est certior, V. R. Majestatis hanc et ab initio illorum tractatuum fuisse et nunc quoque esse sententiam, ut nova illa cum S. quondam nepote suo necessitudo, non privatae tantum utriusque quieti, sed publicae utilitati ac saluti prodesset. Quod vel ex eo me-

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya.

ridiana luce apparet clarius, quod vestra R. Majestas nuper admodum Transylvaniae consiliarios diligenter per litteras hortata est, ut officii sui memores ad publicam salutem sua dirigerent consilia, sicut V. R. Majestas id ipsum suis ad Majestatem Caes. litteris luculenter testata est. Quod et ipsum sua Caes. Majestas, tanquam evidens sincerissimae suae erga illum voluntatis testimonium, gratissimo animo suscepit et per omnem occasionem mutuae benevolentiae studiis compensare ac rependere conabitur. Cum igitur S. Rex nemini non constet Turcas memoratum Transylvaniae principatum jam a pluribus annis sibi animo designasse, ac quodammodo pro suo habere, adeo quod etiam vivente saepedicto principe, aegre manus ab illo abstinuerint. Credendum omnino nunc est, quod S. Principe mortuo, haud quamquam occasionem, quam sibi ea morte ad occupandam Transylvaniam oblatam existimabunt, neglecturi sint, cum ea sit illius gentis effrenata regnandi cupido, ut quo jure, quaque injuria imperii sui fines oblata opportunitate prolaturi sint.

Perpendens autem Caes. Majestas, quanto id futurum sit cum periculo, non suo tantum Regnorumque suorum sed et V. R. M., cujus Regni ac dominiorum limites sed ad ipsam usque Transylvaniam, eidemque adjacentes Moldaviae et Transalpinae terras (quae utique hactenus contra Turcas quasi murus quidam inclyto huic Poloniae regno oppositae fuerunt) extendant. Non videtur suae Caes. ac vestrae R. Majestati ullo pacto tolerandum, ut Transylvania sub jugum Turcicum missa, Moldaviam quoque et Transalpinam a Christianitate avelli per Turcas patientur, cum magno non tantum utriusque Majestatum vestrarum, sed et totius Christianae Reipubl. ac gravissimo malo et extremo discrimine. Etiamsi alias jus illud manifestissimum, quod S. C. M. in dictam Transylvaniae provinciam, tam ab antiquo quam ex pactis nuper conventis competit, non curare velit magnopere.

Agnoscens itaque S. Caes. Majestas suae incumbere curae ac sollicitudini, quam illa universae debet Christianae reipublicae in avertenda hac tanta calamitate et praesentissimo dis-

crimine, haud quaquam praetermittendum censuit, quin mature ea caperet consilia, quibus hujusmodi Turcarum machinationibus ad invadendam Transylvaniam spectantibus, in tempore obviam iret ac pro viribus suis resisteret. Itaque vestram R. Majestatem serio cohortandam ac pie obtestandam duxit, ut cum ipsamet facile intelligat, hoc loci agi de communi periculo, si quidem Turcae Transylvania occupata, limites suos prolaturi sunt ad ipsam usque Russiam ceterasque V. R. Majestatis provincias, quae utique hactenus interjacentis Transylvaniae ac Moldaviae beneficio ab illorum infestationibus defensae sunt, ut magnitudinem instantis ex ea occupatione saepedictae regionis periculi, diligenter expendat accurateque consideret. Nec putet sperandum vel expectandum esse, ditiones suas jam in Turcis, abrepta Transylvania, contiguas, immunes fore atque liberas ab illorum qui praedae ac rapinis assueti sunt, quotidianis incursionibus atque injuriis, quibus illi vicinos suos, novas semper quaerentes belli causas, solent lacescere et opprimere, ac sic bellum ex bello serere.

Quin imo certo sciat V. R. Majestas, quod quacumque rei ex ipsorum voto bene gerendae occasione, quam ipsimet quaesituri sunt oblata, in dies majora ac graviora, tanquam perpetui Christianorum hostes molituri sunt, donec tandem ea quoque pace, quam hactenus cum inclyto hoc Regno, non V. R. Majestatis amore (omnes enim oderunt Christianos) sed sui commodi causa colunt, violata, ruptisque etiam sine ulla causa, sed ex mera dominandi libidine, foederibus, ut nuper Venetis, aperti jam ac manifesti hostes fiant.

Quippe quibus usitatum ac solenne est, nemini qui Christianam profitetur fidem (ad ejus extirpationem omnia illorum tendunt consilia) parcere, neminem in sua libertate ac religione relinquere; sed omnes sub foedae suae ac detestandae servitutis jugum paulatim ac veluti successive mittere. Prout jam nunc totius fere orientis, tot nobilissimae gentes ac amplissima Regna fraudulenta amicitiae simulatione disjuncta, missa esse, ac miserabiliter periisse cernimus. Potentia ipsorum

usque adeo jam aucta et solidata, ut vix omnes conjunctim, nisi Dominus nobis adsit, nedum singuli separatim illi resistere jam posse videamur. Qua cum nimis vere se ita habeant, S. Caes. Majestas fideliter consulit amanterque hortatur, ut V. R. M. commune hoc evidensque periculum, quod non minus V. Regiae Majestati, quam ipsius imminet ditionibus, communi etiam consilio atque auxilio depellendum, ac Turcas a Transylvaniae occupatione arcendos existimet, atque fraterne consentiat. Viribus suis cum S. Caes. Majestate et aliis Christianis principibus, in Dei nomine, opportune conjunctis, cum quibus S. C. M. tanto diligentius, quamprimum de ea re agere sataget, quanto certiorem spem V. R. M. de suo propenso animo in sacram hanc societatem fecerit. Nihil dubitando, piis his ac Deo gratis conatibus non defuturos etiam divinitus successus prosperrimos. De quibus ut V. R. Majestas sperare melius valeat, promittit S. Caes. Majestas se praeter nuper inter summum Pontificem [1]) Regem Catholicum [2]) et Venetos, contra Turcas ictum foedus, ita uniturum esse reliquorum etiam Christianorum Regum atque principum auxilia, quod etiamsi M. V. Regia ab irritatis hac cum C. M. et aliis Christianis principibus conjunctione, infestaretur, communi vicissim auxilio illi succurrere, ac ad depellendam communis hostis vim subvenire velit. Dummodo V. R. Majestas considerato hoc communi ad totam rempublicam Christianam spectante periculo, pro defensione ac incolumitate utriusque regnorum, ac totius Christianitatis, bonam velit cum S. Caes. Majestate correspondentiam in communicandis consiliis ac viribus colere et in gloriosam hanc societatem contra Turcas descendere. Non tamen aliter, quam si Turcae Transylvaniam occupare conentur. De quibus ut cum V. R. M. conferamus ulterius, clementer nobis injunctum est, ubi voluntatem V. R. Majestatis de ea re intellexerimus. Nam

---

[1]) Pius V.

[2]) Karol IX, Król Francuzki.

de senatorum ac Regni sui ordinum assensu, alio loco et tempore agendum esse S. Caes. Majestati facile intelligit.

Interim humiliter pro nostris personis, nomine autem S. Caes. Majestatis amice et fraterne postulantes, ut his omnibus bene ponderatis, responsum nobis det tale, quod et vere Christiano Rege et justissimis his Caes. Majestatis postulatis dignum sit. Nos nostraque obsequia in gratiam vestrae R. Majestatis iterum reverenter commendantes.

Injunxit praeterea nobis S. Caes. Majestas, Vestrae Regiae Majestati ipsius nomine amanter indicare, Illam procul dubio bene recordari, quod ex parte sua jampridem consenserit, ut sua Caes. Majestas differentiam illam, quae est de terris Prussiae inter V. R. Majestatem et supremum Magistrum ordinis Teutonici [1]) per Germaniam et Italiam, amicabili transactione conaretur componere. Quod cum Caes. Majestas praefato Magistro et ejusdem ordini proposuisset, ipsi quoque ex sua parte non modo obedienter in eam rem consenserunt, sed etiam postmodum, ut ea tractatio quamprimum susciperetur, in proxime celebratis Spirae Sacri Romani Imperii comitiis, diligenter institerunt.

Quemadmodum et reliqui imperii status Majestatem suam tum temporis admonuerunt, ut ejusmodi transactionem promovere quamprimum dignaretur. Unde Majestas sua eo tempore vestram Majestatem Regiam amanter per litteras hortata est, ut negotium hoc sibi cordi esse vellet, et ad festum Paschatis nuper praeteritum actioni hujusmodi vacare. Sed postea suae Caes. Majestati ad eam postulationem nihil aliud per vestram Regiam Majestatem significatum est, quam quod

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim.

circa proxime praeteritam dominicam *Quasi modo geniti*, Majestatis vestrae ordinarius apud aulam Caes. Orator, Majestati suae dixit, quod vestra Regia Majestas propter ejus negotii magnitudinem, non potuerit de praefinito sibi per Majestatis Caes. litteras, tempore, aliquid certi statuere. Velle tamen Majestatem vestram de ea re paulo post, ubi ad ejusdem mandatum hic Varsaviae alioqui conventuri essent, aliquot praecipui Regni Senatores, cum illis de ea re conferre consilium et deinceps Majestatem Caes. de sua in ea re voluntate certiorem reddere. Cum autem eodem tempore, quo haec dominus Orator [1]) vestrae R. Majestatis ad suam Caes. Majestatem retulit, praefatus Magister Teutonicus suos quoque Pragam ablegasset Nuntios, qui urgerent praefatum negotium, non habuit S. Caes. Majestas, quod illis responderet aliud, quam quod vestra Regia Majestas, paulo ante suae Caes. Majestati per praedictum Oratorem suum significaverat. Illis simul indicando, quod tum temporis nihil in ea re posset fieri, sed expectandam esse ulteriorem resolutionem vestrae Majestatis regiae. Quam quidem moram Oratores illi nonnihil aegre tulerunt, postremo tamen, eo Caes. Majestatis responso acquiescentes, domum reversi sunt. Orantes nihilominus simulque humiliter, ut S. Caes. Majestas rem eo dirigeret, apud V. R. Majestatem, ut tandem aliquando, post tot dilationes, tractationis hujus fieret initium. Quoniam vero sua Caes. Majestas, pro singulari sua et fraterna erga vestram Regiam Majestatem voluntate, arctissimaque sanguinis necessitudine, nihil magis exoptat atque expetit, quam ut haec controversia amicabili ratione composita, omnis dissensionis ac discordiae inter vestram R. Majestatem et status Sacri Romani Imperii amputetur materia, clementer nobis S. Caes. Majestas injungere dignata est, ut vestram R. Majestatem opportune et modeste admoneremus, et nomine suae Caes. Majestatis amice et fraterne hortaremur, ut vestram Regiam Majestatem,

---

[1]) Łukasz Podoski.

quantum ad tempus saepedictae actioni praefigendum voluntatem suam declarare velit, quam primum fieri poterit. Quo per ejusmodi amicam diuturnae istius controversiae transactionem bona vicinitas et mutua, inter vestram R. Majestatem et Sacros Imperii ordines, constitui ac conservari queat benevolentia et summa animorum conjunctio.

Praeterea cum vestra Regia Majestas non ita pridem ad suam Caes. Majestatem scripserit, quod memoratus Magister Teutonicus in animo habeat, ratione praefatarum terrarum Prussiae, aliquid de facto attentare contra vestram Majestatem Regiam, eumque ad finem, jam pedestres ac equestres copias conscripserit, simul postulando, ut sua Caes. Majestas tanquam R. Imperator, et dicti Magistri Magistratus superior, id fieri prohibeat, ne ea re turbetur tranquillitas publica et alia proveniant incommoda, prout id copiosius V. R. Majestatis continentur litteris. Ad ea S. Caes. Majestas vestrae Regiae Majestati nos respondere jubet in hanc sententiam.

Quanquam ejusmodi rumor de memorati Magistri Teutonici expeditione forsan per homines leves, improbos atque impatientes otii ac quietis publicae, sparsus sit, contrarium tamen Majestatem Caes. certo compertum exploratumque et tum habuisse, et etiamnum habere. Si quidem certo sibi constet, saepedictum Magistrum Teutonicum, neque tum temporis fuisse, neque etiamnum esse ejus propositi, multo minus ullas conscripsisse vel equitum vel peditum copias. Verum tamen nihilominus Maj. suam Caesaream nequaquam praetermisisse, supramemoratos ipsius Magistri Nuntios, qui ut supra dictum est, tum temporis praesentes fuerunt circa aulam suae Majestatis Caes. de ea re per suos alloqui, sed nihil aliud ex ipsis cognovisse, quam quod supra pluribus commemoratum est.

Nec dubitat Caes. Majestas supradictum Magistrum praefati ordinis, pro sua erga Caesaream Majestatem obedientia, haud facile praeter suae Caes. Maj. voluntatem atque consensum quicquam ejusmodi aggressurum atque moliturum esse, ex quo publica tranquillitas turbari et aliquid incommodi nasci

queat. Idque sua Caes. Majestas, vestrae Regiae Majestati ad praedictas ipsius litteras per nos benevole et fraterne respondere voluit. Nihil dubitans vestram Regiam Majestatem omni sinistra suspicione liberatam, otioso futuram esse in posterum de rumore illo animo. Quod ut faciat, pro nostris etiam personis, officiose petimus.

XCI.

Responsum Sacrae Regiae Majestatis Poloniae, ad legationem S. Caes. Rom. Majestatis per Magnificum Rertholdum de Leip in Krumau, regni Boëmiae Marsalcum hereditarium, et Venerabilem Joannem Cyrum Sancti Vincentii Vratislaviae Abbatem, Consiliarios et Oratores S. Caes. Majestatis. Dat. Varsaviae 14 Julii 1571.

Libenter admodum intellexit Sacra Regia Majestas, pergrata Sacrae Majestati Caes. accidisse ea officia, quae proxime superioribus temporibus Majestas ejus regia magno cum studio impendit in Transylvanicam pacificationem. Quemadmodum enim libentissime fatetur, se consilium hoc suum, ab officio primum Christiani regis profectum, deinde ad commodum provinciae illius ac totius denique Christianitatis institutum, etiam in gratiam S. Caes. Majestatis, quam Majestas ejus regia fraterne colit et diligit, suscepisse, ita sane gaudet magnopere probari id et laudari a Caes. Majestate: cui non solum ejusmodi officia et studia, sed etiam alia omnia in posterum libentissime defert, quae vel ad dignitatem vel ad tranquillitatem Majestatis ejus Caes. intelligat pertinere.

Et quoniam verissime putat Majestas ejus Caes. dum putat Majestatem hanc regiam in urgenda illa pacificatione, non privatas solum utriusque partis commoditates, sed etiam, idque multo magis, publicam Christianitatis totius salutem et utili-

tatem spectavisse, ideirco ne nunc quidem, mortuo S. nepote suo, cujus memoria in benedictione sit, Majestas ejus regia ab hoc suo consilio discedit; sed vere atque ex animo optat, non eos solum fructus, quos de industria reipublicae Christianae in hac pacificatione parabat, sed illos etiam, qui proprie ad dictum S. suum nepotem, si vixisset, erant perventuri, nunc eo mortuo universos ad ipsam rempublicam Christianam redundare, quam sibi Majestas ejus regia praecipuo quodam prae ceteris omnibus privatis necesitudinibus vinculo intelligit esse colligatam.

Non ignorat Majestas ejus regia in communi Christianitatis salute, suam quoque et regni ac dominiorum suorum salutem contineri. Non invita agnoscit, in communi Christianitatis, atque adeo vel unius saltem vicinae Transylvaniae periculo, suum quoque et suorum dominiorum periculum agi: quem admodum verissime ac prudentissime Majestas ejus Caes. per D. vestras suos Oratores disserit. Itaque, quod ad Regiam quidem ipsius Majestatem attinet, non deest, nec deerit unquam per Dei gratiam in Majestate ejus promptus ac expeditus animus, cum ad cetera communia reipublicae Christianae et inprimis vicinae Transylvaniae incommoda sublevanda, tum vero inprimis ad ea onera subeunda, ad quae hoc tempore benigne et fraterne a Caes. Majestate per D. vestras invitatur. Verum enim vero dum praesentem rerum tam suarum quam communium statum ac conditionem Majestas ejus secum expendit, haec quidem in iis consideranda esse existimat.

Principio, se Turcarum Caesari [1]) perpetuo vinculo foederis devinctam esse, quod quidem inter ipsum et Majestatem hanc Regiam non solum jurejurando interposito ictum, sed etiam hactenus omnibus bonae vicinitatis officiis utrinque diligenter cultis et observatis, firmatum est. Quod sane foedus, causa nulla data, rumpere aut violare Majestas haec Regia re-

---

[1]) Selim II.

ligiosum duceret. Deinde, societatem istam novi hujus foederis, ad quam a Caes. Majestate invitatur, ad certum modo et, ut quidem ad Majestatem ejus Regiam affertur, ad satis exiguum tempus ictam esse. Ut plane Majestas ejus Regia videndum sibi esse etiam atque etiam existimet, quam prudenter et quam tuto possit a perpetuo illo foedere discedere, et ad hoc temporarium ac minime diuturnum foedus se conferre: quod vix sane ad aliud quicquam pertinere videretur, quam ad irritandum modo contra se Turcarum Imperatorem, qui ex foederato factus hostis atque inimicus, facile ditiones Majestatis ejus regiae bello posset non solum adoriri, sed etiam affligere, quas, dirempta nova ista Christianorum societate, nemo sit ex sociis, qui adversus Turcicam potentiam tueri aut velle aut posse videatur. Quanquam et durante quidem societate ipsa, illud ante omnia et quidem serio, providendum esse Regia Majestas existimaret, in hac quidem sua vicinitate finium Turcicorum, ne, dum ipsa communem causam tuetur, et dum communem hostem suis viribus oppugnat atque persequitur, fines ipsa suos deserat et hosti ad populandas ditiones suas aditum patefaciat, atque ita communis calamitatis poenas atque incommoda, sola propemodum ex omnibus sentiat, si non fuerit certis atque communibus sociorum opibus adjuta ac sublevata. In qua re quidem cum Majestas illius domestica, nec admodum vetera divorum majorum suorum exempla ominosa proposita habeat, non existimaret sane sibi esse committendum, ut prudens et videns in eadem, quod absit, pericula impingat, vel ut saltem tanti periculi aleam subeat, rebus improvisis.

Providendi autem illa fere omnium tutissima, honestissima et expeditissima ratio Majestati regiae videretur, si omnes reges, omnes principes, gentes denique et nationes Christianae ad hanc ejusmodi foederis societatem adducantur et in eam aequabiliter conspirent. Quod quidem uti sperare se Majestas Caes. significat, ita Majestas Regia ante omnia cupere se et optare profitetur. Tunc enim demum jacto hoc et posito fun-

damento, facilius res societatis et foederis Christiani procedere viderentur.

Jam autem quoque manentibus necdum satis compositis controversiis nonnullis cum finitimis quibusdam ipsi Caes. Majestati vel imperio subjectis principibus ac populis, non videt Majestas illius Regia, quam tuto ad communis belli societatem venire possit, privatis tumultibus in ipsis Majestatis illius finibus gliscentibus. Quas quidem controversias etsi tum studio suo, tum benignitate Caes. Majestatis primo quoque tempore compositum iri confidit, tamen durantibus iis, nihil ejusmodi novorum consiliorum Majestati ejus Regiae tutum esse, ipsa procul dubio Majestas ejus Caes. probe intelligit. Praeterea autem non ignorat Majestas ejus Caes., non deesse, ne in ipso quidem mari Majestati ejus Regiae, quod provisione indigeat. Nam S. Daniae rex [1]) non solum universi maris istius Balthici dominium usurpare sibi nititur, sed etiam eo dominio ad perniciem cum dominiorum Majestatis ejus, tum universae Christianitatis abutitur, permittenda passim ultro citroque navigatione illa Narvica, quae et Moscum haereditarium hostem Majestatis ejus multis rerum opportunitatibus instruit, et ditiones Majestatis ejus magnopere debilitat, et universae denique Christianitati perniciem adfert praesentissimam. De quo ipso uti alias non semel ad Majestatem ejus Caes. Regia haec Majestas per Oratores suos retulit, ita nunc quoque per ipsas D. vestras responsum aliquod a Majestate ilius Caes. expectabat. Nunc quidem, sicut in conventu Stetinensi, in quo proxime de Suetica et Danica pacificatione agebatur, constitutum fuit, missura jam erat Majestas Regia Stralsundum ad diem 24 Junii proximi Commissarios et Oratores suos, qui una cum principibus quibusdam Imperii ab utraque parte delectis, controversias omnes, quae Majestati Regiae cum S. Danorum Rege intercedunt, sopirent. Verum Majestas ipsius conventum Stralsundensem communi pacificatorum Stetinensi consilio

---

[1]) Fryderyk II.

indictum (in quibus pacificatoribus erant quoque Commissarii Caes. Majestatis) et a Commissariis suis susceptum abnuere se hoc tempore, per litteras significat, de damnis tantummodo subditorum suorum satisfieri sibi postulat; de sarciendis autem vicissim Regiae Majestatis subditorum damnis verbum nullum facit. Atque haec sane ejusmodi alacritatem ullam, ad ineundam communem societatem, facere non possunt.

Tum vero, quod modo dictum est, hereditarius hic et perpetuus Majestatis regiae hostis Moscus, non patitur propemodum a se oculos Majestatis illius alio detorqueri, aut mentem Majestatis ejus in ullam aliam cogitationem transferri. Qui hostis cum semper alias inter validos et potentes hostes jure numerari potuerit, tum nunc, Narvica ista frequentata navigatione, et aliquot de ipso etiam Turcarum Caesare potitis victoriis, multo est factus validior. Qui cum sit non minor Latini et Romani, quam Turca ipse Christiani nominis et religionis hostis atque inimicus, providendum esse simul existimaret Regia haec Majestas Caes. R. Majestati, ut perducta forte Majestate Regia in ejusmodi societatem, qualem Majestas Caes. desiderat, ita Moscus interea quiescat, ne qua se possit commovere. Alioqui enim ubi se commoverit, nihilo minores turbas, Turca ipso, daturus esse in orbe terrarum videretur.

Quid? quod ne illud quidem praetermittendum est, quod Scytarum et ferox et violenta et pernicitate summa praedicta natio, ante omnia esset Majestati illius Regiae insigni aliqua expeditione facta, compescenda: quae cum lateri dominiorum Majestatis ejus immineat, equidem occasionem eam numquam praetermitteret, quin occupata Majestate ejus tam gravis et tam solennis belli societate, clade, quod absit, aliqua ditiones Majestatis ejus afficiat, nisi antea majore aliqua vi et expeditione fracta ac compressa fuerit. Inprimis autem ipse Tauricae Chersonesi dominus [1]), qui ita se hoc tempore et gloria rei bellicae, et multis spoliis ac rapinis, cum alias aliunde, tum

---

[1]) Dewlet Gieraj, Han Tatarów Perekopskich.

nunc ex recentissima de Mosco parta victoria collectis, collocupletavit, ut non dubitet interdum, non solum latrocinio, genti suae usitato, sed jam etiam aperta propemodum vi agere et cominus pugnandi secum facultatem praebere. Cujus si ferocitas ita retunderetur, ut aut pelli suis sedibus, aut usque adeo saltem graviore aliquo bello atteri posset, ne sit interim ab eo insigne aliquod periculum metuendum, facilior esset Majestati illius Regiae, ineundae ejusmodi societatis explicatio. Verum illud bellum, et illa expeditio sumptum requireret non vulgarem.

Postremo autem quoque dum in hac cogitatione societatis istius ineundae Majestas illius Regia versatur, non potest non identidem respectare et non iterum atque iterum oculos suos referre ad eas injurias, quibus tam indigne a S. Hispaniarum Rege [1]) in materno et haereditario Barensi suo statu afficitur. Quae quidem injuriae cum et genere ipso tales et pondere tantae et tempore tam diuturnae sint, ut majores non modo consanguineo a consanguineo, non modo Christiano a Christiano, non modo regi a rege, sed etiam privato et obscurissimo et alienissimo, et infensissimo, et omnino homini ab homine adferri vix possint, permittit Regia haec Majestas Caes. Majestati, uti regis utriusque propinquo et necessario expendendum, quanam tandem ratione Majestas haec regia, cum aliqua prudentiae aut dignitatis suae opinione, possit Turcici foederis societatem certam, firmam, et hactenus a Turcis inviolatam, deserere, et ad illam aliam convolare, in qua sibi tot, tantae, tam apertae, tam diuturnae injuriae nihilominus sint ferendae et intuendae. Nunc quidem praeter alia, de ipsa etiam pecunia Majestatis hujus propria, quae est in regno Neapolitano, magnae Majestati ejus R. difficultates adferuntur.

Atque haec quidem omnia brevissime hoc loco commemorata, quam et quantam vim habeant, relinquit Majestas haec Regia Caes. Majestati expendendum. Quod si iis a Majestate

---

[2]) Filip II.

illius Caes. provisum satisfuerit, inprimis autem si reliqui omnes reges et principes Christiani in eandem societatem convenerint, equidem non difficilem se in eo ipsa quoque Majestas regia pro persona sua exhiberet, ut in communi Christianitatis restinguendo incendio ipsius quoque Regiae Majestatis opera non postrema fuisse videatur.

Quod attinet alteram partem legationis de concordia inter Majestatem ejus Regiam et Magistrum Teutonicorum [1]), etsi Majestas regia de bonitate et firmitate juris sui, regnique sui ad Prussiae terras, nihil plane dubitat, tamen dat hoc non invita et bono publico, et voluntati Caes. Majestatis, cui libenter obsequitur, ut Majestas ejus Caes. rationes ejusmodi aliquos ineat, quibus praetendentiae Magistri tolli et negotio huic finis aliquis optabilis imponi possit.

Cujus quidem tractationis tempus, quod D. vestrae nomine Caes. Majestatis postulant a Majestate ejus regia declarari, equidem de eo, aliquanto etiam ante adventum Magnifici domini Marsalci [2]), Majestas haec regia sententiam suam ad Venerabilem Oratorem suum in aulam Caes. Majestatis perscripsit, eamque sententiam Majestati ejus Caes. referre jussit: se videlicet cum in proximo praecipuorum quorundam Consiliariorum suorum conventu eam rem ad Senatum retulisset, non aliud responsum in hoc genere referre ab iis potuisse, quam ut denuo in proxime futuris comitiis, eam rem omnem ad ordines regni sui universos Majestas ejus Regia referat, et de illorum consilio tandem constituat, quanam ratione, et per quos Commissarios ac Oratores, et quo potissimum tempore negotium hoc a se apud Caes. Majestatem inchoari, tractari, ad finem deduci oporteat. Quod ipsum ipsae quoque D. vestrae, si opus erit, Majestati Caes. referre poterunt, ac simul Majestatem illius certiorem facient, Majestatem hanc Regiam, et de

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim.

[2]) Marszałek Czeski, ambasador Bertold de Leip in Krumau.

comitiis quidem regni sui primo quoque tempore indicendis, magnopere cogitare, et officium hoc Majestatis Caes. erga se, quod Majestati Regiae per D. vestras declarat, quam carissimum habere.

XCII.

Replicatum ab Oratoribus Caes. Majestatis.

Die 19 Julii 1571.

Serenissime ac potentissime Rex et D. D. clementissime.

Gratias inprimis Vestrae Regiae Majestati permagnas egimus, quod nobis nuper benignissime indulserit, ut responsum nobis a Majestate vestra datum simul perlegere, considerare atque de eo ulterius cum V. R. Majestate conferre possemus. Si quidem nobis a Caes. Majestate clementer injunctum est, ut intellecta V. R. Majestatis voluntate et sententia de iis, quae nuper in secreta audientia proposuimus, cum illa ulterius communicemus et confidenter consilia conferamus.

Cum igitur ex dicto Majestatis vestrae responso inprimis videamus, Vestram Regiam Majestatem ne in propositam defendendae contra Turcas Transylvaniae societatem cum Caes. Majestate descendat, eo potissimum moveri, quod V. R. Majestas non solum irreligiosum, sed et rebus suis periculosum atque ominosum existimat, nova haec ad quae invitatur foedera, veluti incerta et temporanea, antiquae Turcarum amicitiae quasi violata fide anteferre, ideoque hanc cum Caes. Majestate ineundam contra ipsos societatem abnuere, officii nostri esse putavimus V. R. Majestati clarius, si forsan nuper non satis intellecta est Caes. Majestatis propositio, expressiusque indicare. Non hoc nunc postulari quod V. R. Majestas antiqua quae cum Turcis habet foedera abrumpere vel violare debeat. Verum hoc solummodo agi, ut si Turca Transylvaniam occupare

conetur, V. R. Majestas, cujus ne id fiat non minus quam Caes. Majestati interest, in communi periculo ac damno arcendo, communia etiam consilia et auxilia conferat. Ita ut non ipsa Turcicae amicitiae renunciet, sed si illi in ipsius praejudicium ac discrimen Transylvaniam contiguam sibi usurpare velint, non tantum Caes. Majestatis gratia, sed potius pro suo peculiari interesse et proprii periculi evitandi causa, communem hanc cum Caes. Majestate defensionem suscipiat, provocata potius a Turcis ipsa periculosa hac et sibi suspecta finium propagatione, quam illos provocando, aut ab antiqua ipsorum conjunctione recedendo. Qua in re V. R. Majestas nullo pacto videri potest contra jus foederum antiquorum egisse, sed ipsis potius imputabitur, quod talia attentaverint, quae V. R. Majestati praejudicialia et periculosa, ideoque nullo modo toleranda fuerint.

Haec est S. Rex Caes. Majestatis sententia. Intelligit enim illa non esse a Majestate vestra flagitandum, quod ipsius etiam Turcis datae fidei sit contrarium.

Neque hoc nunc agitur, ut Vestra R. Majestas in universalem illam omnium Christianorum principum societatem contra Turcas veniat. De ea enim etsi spem bonam fovet S. Caes. Majestas, non posse tamen illam iniri videt tam subito, quin interea de amittenda Transylvania a Turcis possit oriri periculum. Hujus tanquam communis mali depellendi gratia, hanc interim necessariam ac mutuam petimus cum Caes. Majestate adhaerentiam sive intelligentiam.

Quae si aperta et manifesta, ut proxime postulavimus, esse propter Turcarum irritationem nequit, contenta sane erit Caes. Majestas, ut saltem secreta sit atque occulta. Ita negotium hoc instituendo, ut quod fiet Majestate vestra inscia, et nihil minus volente agi credatur. Cujus quidem rei sua Caes. Majestas opportuna media invenire poterit, ubi quae sit in hac parte Majestatis vestrae voluntas, Majestas sua cognoverit.

Interim tamen sua Caes. Majestas, ut et nuper dictum fuit, ea praestabit apud ceteros sacri R. Imperii ac totius Christia-

nitatis principes ac potentatus officia, quae huic rei maxime opportuna fore arbitrabitur. Nihil dubitando hos suos conatus optatos habituros successus. Modo interim antequam haec majora subsidia (quae non ita cito confici possunt) conquirantur, res Transylvanicae tale detrimentum non accipiant, quod postea difficulter reparari possit.

Hinc desiderat Sacra Majestas Caes. ut V. R. Majestas hanc cum ipsa, si non apertam, occultam saltem atque secretam coëat pro defendenda Transylvania intelligentiam, Majestati vestrae vicissim pollicendo, quod eo casu quo ipsi a Turcis aliquid periculi (quod tamen Deus benigne avertere dignetur) immineat, vicissim suis auxiliis praesto esse velit.

Porro quod ad reliquas, quae in dicto V. Regiae Majestatis responso continentur, difficultates attinet, non putamus esse operae pretium, ut in illis discutiendis pluribus laboremus. Cum de plerisque maxime quae spectant ad S. Regos Hispaniarum ac Daniae, neque rerum ipsarum notitiam, neque a Caes. Majestate mandati aliquid vel instructionis habeamus. Cum S. Caes. Majestas tale aliquid nobis objectum iri non cogitaverit. Hoc tamen pro nostris personis non dubitamus audacter dicere, Caes. Majestatem pro eo quo V. R. Majestatem prosequitur fraterno amore, haud quoque probare, si quid a quoque fiat, quod sit conjunctum cum V. R. Majestatis damno et injuria. Cum certo sciamus Majestatem S. Caes. vestrae R. Majestatis esse studiosissimam atque amantissimam.

De rebus etiam Prutenicis nuper V. R. Majestatem nomine suae Caes. Majestatis ita reformavimus. Quod omnino credamus, illam non dubitare, Caes. Majestatem tam ingenue ac sincere cum Majestate vestra agere, ne facile ullum a Magistro Teutonico [1]) expectandum sit periculum, quod per suam Caes. Majestatem provideri atque averti possit. Praesertim durante tractatu amicabilis compositionis, in quam jam pridem utrinque consensum est.

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim.

Ad Moscum vero atque Tartarum quod attinet, scimus Majestatem V. R. cum utroque eas facile posse inire rationes, quod uterque Majestatem vestram Regiam hoc casu de quo nunc agitur nihil magis impetere vel infestare possit. Quum ea sit et V. R. Majestatis potentia et praesens illorum conditio ut quiescere potius malint, quam V. R. Majestatem lacessere.

Postremo ad navigationem Narvicam quod attinet, V. R. Majestatem de expresso Caes. Majestatis mandato certo confirmare possumus, suam Majestatem Caes. ea quoque in re nolle aliquid fieri, quod V. R. M. merito possit offendere. Verum cum sit res momenti longe maximi, atque ejus generis, quae multa membra, multos concernet Romani Imperii status atque ordines, non potuit Caes. Majestas de ea hactenus aliquid certi statuere, sed potius ad aliquot imperii electores, ac alios Principes referendum de ea censuit. Ut de illorum, sicuti mos est, consilio atque sententia, tractare atque constituere valeat de hujusmodi navigatione.

Interim tamen, cum Majestas sua cognoverit Moscum obsidendo Rivaliam et aliis modis hostiliter agere contra Livoniam, Imperii provinciam, non praetermisit, tam Lubecensibus, quam aliis quibusdam serio imperare per litteras, ab omni subvectione commeatuum et aliarum rerum, quibus Moscus instrui atque juvari possit, ut omnino abstineant. Quemadmodum etiam I. Duci Albano [1]) cognato suo, tanquam gubernatori regionum inferioris Burgundiae, Majestas sua Caes. similiter per litteras diligenter significavit, ut ipse quoque omnem ejusmodi advectionem in Moscoviam gubernationi suae obnoxiis interdicat serio. Nihil dubitans, his suae Majestatis mandatis utrobique obtemperaturum iri sedulo. Quae cum se ita, ut praemissum est, habeant, non dubitamus Majestatem vestram Regiam in hanc cum Caes. Majestate incundam occultam societatem, ven-

---

[1]) Ferdynand Alvarez de Toledo, Książę Alby, Wielkorządzca Niderlandów.

turam esse libenter ac benevole. Quod ut Majestas vestra faciat tam sui quam publici commodi gratia, iterum atque iterum nomine Caes. Majestatis fraterne, nostro autem per quam reverenter et officiose petimus.

XCIII.

Responsum S. R. Majestatis alterum, ad ea, quae ab Oratoribus S. Caes. Majestatis fuerunt replicata.

Varsaviae die 21 Julii 1571.

Non magnopere habet Majestas haec regia, quod ad ea, quae priore Majestatis ejus responso comprachensa sunt, addendum esse hoc tempore videatur. Verum tamen quoniam ad responsum Majestatis ejus, nonnulla a D. vestris scripto posteriore replicata sunt, ita breviter Majestas ejus responsi sui sententiam explicat et tuetur.

Principio, quam societatem cum Caes. Majestate D. vestrae a Majestate Regia recusari, et ut ipsae scribunt, abnui existimant, ad eam incundam, sicuti prius, ita nunc etiam, Majestas ipsius promptum se prorsus et expeditum animum habere profitetur, quantum quidem personam Majestatis ejus attinet. Est enim parata, tum pro officio suo regis et principis Christiani, tum etiam in gratiam Caes. Majestatis, provisis recte et ordine per Caes. Majestatem rebus iis, quae ad ejusmodi consilii explicationem necessariae esse videantur, communi Christianitatis incendio restinguendo, ipsa quoque pro rata sua parte non deesse, ita quidem, ut officium suum desiderari in hoc genere minime patiatur. Quod quidem cum in ipso suo responso semel atque iterum apertissime dixerit, nunc idem quoque hoc loco sibi esse necessario contestandum existimavit.

Deinde quod dicunt D. vestrae, societatem, ad quam Majestas ejus Regia invitatur, neque ad violationem pactorum et foederum Turcicorum pertinere, neque alio spectare, quam ad solius dun-

taxat Transylvaniae pericula, si qua imminerent, depellenda, ad utrumque Majestas regia sic respondet.

Maxime velle Majestatem ejus regiam cum ceteras omnes Christianas provincias, tum etiam Transylvaniam, provinciam et vicinitate et Caes. Majestatis auctoritate, et nonnullis aliis nominibus sibi commendatam, salvam, incolumem, tranquillam et denique beatam, ac omnibus prosperitatibus auctam et ornatam esse. Verum si alterutrum Majestati Regiae faciendum sit, ut vel solius tuendae Transylvaniae causa, cum sola Caes. Majestate se conjungat, vel omnium Christianarum provinciarum defendendarum gratia cum omnibus Christianis regibus, principibus, nationibus, populis, civitatibus societatem ineat, nulli dubium videri, quin hoc posterius multo sit et Majestate ejus dignius et ad plerasque Majestatis ejus, regnique Majestatis ejus rationes providentius. Neque enim Turca multo minus offenderetur, si sola Transylvania, quam si ceterae omnes Christianae provinciae per Majestatem regiam defendantur; et Majestas profecto regia, etsi societatem solius Caes. Majestatis, singulorum regum societatibus facile et libenter anteponit, tamen securius aliquando conquiesceret in communi omnium Christianorum regum, principum, populorum, gentium, rerumpublicarum vinculo, in quo ipsa quoque Caes. Majestas contineretur, quam in unius ex his alicujus fide ac societate singulari.

Tum autem, quandoquidem Regia haec Majestas praeter commune vicinitatis et Christianitatis nomen, nihil juris in Transylvania sibi vendicat, contra a Turcarum Imperatoribus pro sua duci et haberi eam provinciam non ignorat, quod ipsum D. vestrae priore suo scripto abunde fatentur, non videt profecto Majestas ejus regia, quanam justa atque legitima ratione possit se pro Transylvania Turcae opponere, quin e vestigio foederi ipsius renunciare videretur; cum Turca quidem, quicquid in Transylvania facturus sit, id jure suo facere videri volet: Majestas autem regia nihil illic habet, excepto Christianitatis et vicinitatis nomine, cum multis aliis provinciis communi,

quod possit pro suo defendere. Jam quod D. vestrae apertam et manifestam Regiae hujus Majestatis cum Caes. Majestate conjunctionem non requirunt, propter Turçarum vitandam irritationem, secreta autem et occulta conjunctione Majestatem Caes. contentam fore asserunt; sic, ut dummodo Caes. Majestas Regiae Majestatis voluntatem in eo exploratam habeat, ita totum negotium instituat, ut quicquid ejus fiat, id nihil minus quam volente aut conscia Majestate Regia fieri videatur, S. R. Majestas, quae etiam apertam societatem minime detrectaret, multo profecto facilius consentit in ejusmodi secretam et occultam, quantum quidem Majestatis ejus personam attinet. Nihil enim est, quod Majestas ejus regia, salva sua regnique sui dignitate et tranquillitate, non cupere toti Christianitati videatur. Verum quoniam aliae sunt rationes Majestatis Regiae, quam Caes. ipsius Majestatis, quae cum multa propria atque haereditaria dominia possideat, multa potest in ejusmodi rebus pro suo unius arbitrio agere, idcirco Majestas ejus Regia ultra studium, et sicut non semel dixit, promptum suum et expeditum animum, vix quicquam aliud ex se ipsa offerre potest ad ejusmodi consilium Caes. Majestatis adjuvandum, rebus praesertim ita stantibus. At vero ubi amplius aliquid cognoverit de mediis illis opportunis, quae Caes. Majestatem in hoc genere propositurum esse, D. vestrae profitentur, equidem poterit etiam Majestas haec regia amplius aliquid quaerere et investigare, quod a se Majestati Caes. non incommode offerri posse videatur.

Ceterum quod attinet difficultates, quas in hoc genere Majestas Regia responso suo superiore proposuit, de rebus finitimis primum nonnullis, deinde de Danicis, Moscoviticis, Tartaricis, Hispanicis sive Neapolitanis, non dubitat haec omnia Majestati Caes. pro mutua utrarumque Majestatum necessitudine et fraternā animorum conjunctione, curae fore: sicuti ipsi quoque Regiae Majestati curae sunt omnia, quae ad ipsam Caes. Majestatem pertinere quoquomodo videantur.

Unum addit. Pericula quidem Narvicae navigationis, quae et majora esse et prasentiora, quam vulgo fortassis aestimentur, saepe et multum Majestas R. Caes. Majestati exposuit, tolli non posse commeatu solo aut armis interdicendis, nisi importatio auri et argenti, imo nisi navigatio ipsa Narvica prorsus in universum severissimis interdictis sublata fuisse videatur. Ea enim vigente, et commeatus quidem, et armorum, et litterarum, et artificum importatio in Moscoviam vix, auri autem et argenti, et aliarum denique ejusmodi rerum, quibus profecto hostis ille maxime omnium juvatur et instruitur, ne vix quidem potest prohiberi. Auri autem et argenti importatione vel permissa vel dissimulata, ceterarum quidem rerum, quibus jam omnibus ultra modum Moscovia abundat, prohibitionem, fieri Majestas haec regia supervacaneum prorsus judicat. Quae sane omnia Majestas haec R. Caes. Majestati iterum atque iterum relinquit expendenda; cujus prudentiae et erga rempublicam Christianam studio cuidam singulari Majestas haec regia magnopere confidit.

XCIV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio [1]).

Venerabilis d. n. d. Iż nam tam taką trudność czynią około intraty naszej pieniężnej, wyrozumieliśmy nie z jednego listu waszego. Czemu się zaprawdę nie pomału dziwujemy. Lecz nielza, jedno wszystko Panu Bogu poruczyć. Czekamy od was odpisu na to, cośmy byli do was niedawnemi czasy pisali, abyście się starali, jakoby nam summa capitalis wydana była,

---

[1]) X. Stanisław Kłodziński, Kantor Krakowski, Archidyakon Miednicki.

gdyż jej i my potrzebujemy, i oni tym obyczajem wolniby byli od tej płacy na każdy rok. Podoba się nam to jako nam piszecie 18 Maji, żeście Wicerejowi odpowiedzieć mieli, około gorszego zachowania tych tam urzędników, przeciwko nam, niż przeciwko kupcom. Ale złemu nic nie pomoże. Widzimy co też tam Cardinalis Sabellus [1]) czynił w rzeczy naszej, a wżdy także nic nie pomogło. Jednak Cardinali Sabello przez list dziękujemy, a oczekiwamy co za nowinę nam napiszecie po tych sobolach, któreśmy Wicerejowi [2]) darować imieniem naszem kazali i po tym liście, którymeśmy mu tego miejsca gratulowali.

Dat. Varsaviae die 18 Julii 1571.

XCV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater, ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Praetermittere nolui ac ne debui quidem, quin facerem I. P. vestram certiorem, displicere Majestati Regiae factum I. P. vestrae non mediocriter, primum quod rumoribus illis de matrimonio Majestatis ejus tam faciles aures adhibuerit, deinde, quod ea, quae facile crediderit, ad multos huc scripserit, ecclesiasticos pariter et saeculares, incendendo, ut Majestas ejus interpretatur, illorum animos adversus Majestatem ejus: quod quidem Majestas illius nunquam se ab I. P. vestra expectavisse dicit. Longae sunt querelae, quas nunc non est narrandi locus. Non cesso eximere Majestati ejus omnem alienam de I. P. vestra opinionem, cujus factum a consilio non malo proficisci ostendo. Notam esse debere Majestati ejus fidem et subjectionem I. P. vestrae, tum erga se, tum erga

---

[1]) Jakób Sabelli vel Savelli.

[2]) Antoni Granvelle.

Divos etiam parentes suos. Verum Majestas ejus illud sibi gravissimum videri respondet, non quod de iis rebus toties ad se ab I. P. vestra scriptum esset, id enim in optimam se partem interpretari, sed quod ad alios et quidem ferventius, ut existimat Majestas ejus, quam oportebat. Ego tamen quantum maxime possum, emollire studeo, et si fortuna conatibus meis faverit, omnia tandem, ut opinor, mitigabo. Vestra quoque I. P. facti sui excusationem adferre ad Majestatem ejus ne negligat.

Illud me non mediocriter solatur, quod his diebus a Majestate illius regia impetravi nonnulla, tum ad confirmandas rationes fluctuantis Coadjutoriae domini Cromeri, tum ad cohibendas insolentias privatorum quorundam Elbingae adversus Jesuitas. De quo aliunde D. vestra I. cognoscet. Cetera ex litteris Regiae Majestatis ipsius. Quod superest, optime valere I. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 18 Julii 1571.

XCVI.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. O sprawach Króla J. M. z listu J. K. M. wyrozumiesz W. M. Baczy J. K. M., iż na W. M. nic nie schodzi. O moję tranachę piszą mi z Wenecyi, iż już jest oddana Foglioli, który mi ją bez mieszkania przesłać obiecuje. Skoro mię dojdzie, dam znać W. M., a życzę, żeby ona 1000 dukatów darowanych doszła W. M.

O Krupce tu jeszcze nie słychać. Settario odpisze się czasu inszego. Rebus sic stantibus, parum spei, żeby się mu co dostać miało po Montiusie [1]). Alias jednam mu ja rad łaskę J. K. M. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 18 Julii 1571.

---

[1]) Ludwik Monti.

XCVII.

Idem.

Hieronimo Fogliolae.

Magnifico S. honorandissimo. Z przyjemnością dowiedziałem się z listu W. M., że skrzynia z namiotem wysłana z Neapolu, doszła już do rąk W. M. pana. Upraszam o jak najprędsze mi nadesłanie. Dziękuję za kitajkę fioletową, którą odebrałem i nie omieszkam odwdzięczyć się W.M. panu, za pierwszą sposobnością [1]).

Dat. Varsaviae die 18 Julii 1571.

XCVIII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Obchodzi to nie pomału J. K. M., iże Inquisitio sancta tak się surowie obeszła z temi tam świadkami, którzy tu z Polski nie swą wolą, nie za popieraniem też strony której, ale zgoła z namowy księdza Legata Papieskiego [2]), a za rozkazaniem snać S. D. nostri [3]), jechali tam byli perhibere testimonium veritati: gdzie wycierpiawszy przez drogę tak wiele niewczasów i podjąwszy koszt nie mały, a niektórzy i zdrowiem tego nadstawiwszy, miasto pochwalenia saltem przyszli do tych trudności o jakich W. M. piszesz. Jeśli za to, iż się nie zgadzali, dosyć było testimoniis et dictis eorum fidem

---

[1]) przekład z włoskiego.
[2]) Wincenty Portico.
[3]) Pius V, Papież.

abrogare, a one wolno do domów ich opuścić, nie trzymając ich tam niepotrzebnie, przodkiem ku ciężkości ich, a potem ku pociesze wielkiej tego złego człowieka, przeciwko któremu niebo, woda i ziemia, a nakoniec jako J. K. M. rozumieć raczy, ku indignitatem też majestatu J. K. M. O czem pisze szerzej J. K. M. do X. Kardynała naszego [1]). Ale się teraz list ten nie mógł posłać dla zatrudnienia J. K. M., iż podpisać nie mógł. Owo undique angustiae. Tak rozumiem, iż tym obyczajem nierychło drudzy pojadą świadczyć przeciw temu złemu człowiekowi.

W Neapolim też jaki przepych okazują w płaceniu tych pieniędzy, to tam W. M. lepiej wiesz, prawie bez wstydu i bojaźni bożej. Co czynić!

Patientia, która zaprawdę iż tak często laudetur, boję się by nakoniec nie wyszła in furorem, czego Boże uchowaj.

Fornimento moje do łoża dano mi znać, iż już było w Wenecyi. Dziękuję za przesłanie W. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 18 Julii 1571.

XCIX.

Idem.

Palatino Siradiensi [2]).

M. D. amice charissime et honorandissime. Studiorum et obsequiorum meorum commendationem. Wyrozumiawszy z listu W. M., a przedtem jeszcze z listu Księdza Scholastyka brata swego [3]), z którymeś W. M. około tego szerzej mówił, wolą W. M. około zapłacenia długu Soderynom, mówiłem z Królem J. M., akkommodując się na wszem woli W. M. Lecz Król

---

[1]) Stanisław Hozyusz.
[2]) Albrycht Łaski.
[3]) Stanisław Krasiński, Scholastyk Gnieźnieński.

J. M. żadną miarą wdać się w to nie chcę, aby cudze długi tem płacić miał, czego sam J. K. M. potrzebuje; jakoż teraz potrzebuje gotowych pieniędzy od Soderynów i nadto zkąd inąd, jeśliby mogło być. Ale tak jako J. K. M. zaraz z przodku na żądanie W. M. ustne, któreś W. M. przy mnie dwakroć, przyczyniając się o zapłacenie tego długu za Soderyny, czynić do J. K. M. raczył, dał się przywieść, toż i teraz przez mię daje znać W. M., że przestaje na tem, abyś W. M. tego długu płacę na Kłodno przenieść i tam gi na Kłodnie Soderynom pokazać raczył, uczyniwszy około tego zapis w księgach Grodzkich Krakowskich wedla potrzeby, który skoro tu jedno J. K. M. mieć będzie, zezwoli na to wszystko auctoritate sua. A co się tycze dalszych rzeczy, gdyż Soderyni, przez insze zabawy swe, obrony imieniu potrzebnej czynićby snać nie mogli, najdziemy sam taki obyczaj pospołu i z Królem J. M., iż Soderyni swe mieć będą a Kłodno przedsię bez obrony nie zostanie, bo się to takiemu w ręce podać módz będzie, który Soderynowi zapłaci, a imienie nieinaczej dzierżeć będzie, jedno pod obroną właśnie J. K. M., tak, iż w tej mierze imieniu onemu nic schodzić nie będzie. Przeto nie chciej tego W. M. dalej odkładać. Z tem służby swe przyjacielskie W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 18 Julii A. D. 1571.

C.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Savello.

R. in Christo patri D. Jacobo Savello etc. R. in Christo pater D. amice noster charissime. Gratissima est nobis haec benevolentia P. vestrae, de qua ad nos litterae nostrorum et Neapoli et Roma adferuntur, plenae officiorum erga nos P. vestrae, cum alibi alias impensorum, tum hoc tempore apud Proregem Neapolitanum. Qui quod sermonibus P. vestrae de iis

rebus, quae ad nos jure optimo videntur pertinere, locum nullum dederit, equidem hoc minus miramur, quo magis id usitatum et omnibus Proregibus Neapolitanis in negotiis nostris usque adeo peculiare esse meminimus, ut in eo propemodum praescripsisse videantur. Quod nos quidem totum domino Deo committimus. Officium tamen P. vestrae est nobis, ut merito esse debet, gratissimum: idque ita esse, semper P. vestra, quando volet, re ipsa experietur et cognoscet. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 18 Julii A. D. 1571.

CI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Inter cetera quae ad nos istinc misit diebus superioribus P. vestra, sunt praetendentiae quaedam, quas Brancatius [1]) Neapoli repertas non minus ad nos misit, quam ad P. vestram. De quibus quidem haec est nostra sententia, ut quandoquidem hoc unum reliquum nobis est in regno Neapolitano, queri et praetendere, queramur etiam nunc et praetendamus cum aliis querelis et praetendentiis, ea quae per Brancatium in lucem sunt prolata, cuicuimodi ea esse videantur. Iniquum postulandum esse ajunt, ut aequum feras. Quid aut quantum profecturi simus, res ipsa indicabit.

Testes eos qui hinc venerunt, tam male istic exceptos esse, magnopere dolemus et miramur: gaudent ii, qui jampridem nobis insusurrare non cessant, haeresin Romae in Transalpinis his hominibus crimen esse, in Cisalpinis illis propemodum ludum jocumque: quemadmodum ad ipsum quoque Cardinalem Alexandrinum [2]) paulo ante scripsimus, uti ex exemplo ipsa-

---

[1]) Kamil Brancazo.

[2]) Michał Bonellus.

rum litterarum P. vestra cognoscere potuit. Verum nos haec quoque feramus necesse est, ut alia multa ejusdem generis. Reliquis sane testibus alacritas nulla potest accedere, qui se ejusmodi vestigiis magnopere terreri dicunt. Quale enim id est per Deum immortalem? Qui publica fama, ab universo propemodum hominum genere infinitorum criminum ac scelerum arguitur, is in potestate magistratus existens liber est, et tantum non triumphat: qui in eum testimonia dicturi sunt, non ad partis cujusquam instantiam, sed summa magistratus ipsius voluntate, ex tam longinquis regionibus evocati, ii cum iter difficillimum sumptu maximo et majoribus incommoditatibus, nonnulli autem etiam cum valetudinis dispendio confecerunt, et ad locum testimonii dicendi pervenerunt, in custodias distribuuntur? Equidem satis crudele erat, fidem iis nolle adhibere, in re, quae passim ore omnium praedicatur, vel etiam non credere, si, ut ferunt, non respondetur ab iis congruenter: carceri autem eos tradere, qui, quod meminerunt id dicunt, vocati et rogati a magistratu, et item reliquos, qui idem norunt, metu a dicendo testimonio absterrere, id si jus est, summum profecto jus est, ne dicamus, summa injuria. Atqui nos sane diversum nobis, hoc Pontifice Pio V pollicebamur. Sed de his satis. Nisi forte non omnia ad S. ejus deferuntur in hoc genere, quae vere deferri possent: contra autem pro parte Barrabae, omnia et singula renunciantur, quae aut finguntur, aut ex composito fiunt et geruntur. Quod cum ita sit, dabit operam P. vestra ut ea quoque quae pro vero sunt contra falsum, semper ad aures et S. suae, et Inquisitorum, et ejus denique Cardinalis, qui negotiis administrandis praeest, perferantur: sed ita, ut tecte primum, ne a nostris pendere videantur, deinde, ut fideliter, ne quid videlicet veri praetermittatur, ne quid falsi admisceatur. Non enim opprimendi, quod absit, hominis consilium cepimus, sed veri duntaxat patefaciendi, ne delicta remaneant impunita. Plena sunt omnia corruptelis, subornationibus, exploratoribus, sceleribus Barrabae [1]) istius, usque adeo,

---

[1]) Jan Wawrzyniec Papagoda.

ut ipsa quoque P. vestra die 13 Januarii proximi ad nos scripserit, auditum ex ipso esse, causam hanc Barensem sibi ducentis millibus constare. Haec igitur et ejusmodi cuperemus S. ipsius et iis quorum interest, esse notissima. Perscribet autem ad nos quoque P. vestra, ecquid epistola nostra ad Cardinalem Alexandrinum [1]) scripta S. D. nostro lecta sit, et quam aut quantam vim habuerit. Cardinali Sabello scribimus, eique de officio praestito Neapoli gratiam habemus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 25 Julii 1571.

CII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Quas litteras ad I. P. vestram non subscripserat per tabellarios superiores S. R. Majestas, eas nunc mitto subscriptas I. P. vestrae. Praeterea nihil est apud nos quod scribi debeat. Nisi quod comitia regni moliri videmur, quibus utinam Deus aspiret. Ea quidem, quantum conjectura possum providere, videntur in Octobre futura esse. Commendo studia obsequiaque mea I. P. vestrae. Quamdiu bene valere cupio.

Dat. Varsaviae die 25 Julii A. D. 1571.

CIII.

Sigismundus Augustus etc.

Caes. Rom. Majestati.

S. et E. Principi D. Maximiliano secundo etc. S. et E. Prin-

---

[1]) Michał Bonellus.

ceps d. frater et consanguinee noster charissime. Quod nos Majestas vestra per Magnificum Bertholdum de Leip in Krumau, regni sui Boëmiae Marsalcum haereditarium, missere dignata sit, magnas M. vestrae habemus gratias. Etsi enim jampridem de amore et benevolentia fraterna M. vestrae certi sumus, tamen quaelibet renovatio ejus benevolentiae accidere nobis solet prorsus gratissima. Quamobrem ita sibi Majestas vestra persuadeat studium vicissim nostrum erga Majestatem vestram plane fraternum, uti semel cepit, ita et permanere nunc quidem et deinceps esse constantissime permansurum. Ceterum quae praeterea intelleximus ex eodem Magnifico Marsalco [1]) et Venerabili Abbate Vratislaviensi [2]) Oratoribus ipsius Majestatis vestrae, qui hic apud nos in iis rebus virorum inprimis prudentium et optimorum, Majestatis vestrae servitorum officio sunt functi, ad ea iisdem Oratoribus responsum nostrum dedimus, quod uberius ex eo qui ad Majestatem vestram revertitur Magnifico Boëmiae Marsalco, Majestras vestra cognoscere poterit. Dedimus equidem operam ut omnibus in rebus voluntati Majestatis vestrae, quantum maxime potuimus, nos accommodaremus. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ejusque fraterno amori nos plurimum commendamus.

Dat. Varsaviae die 25 Julii A. D. 1571. Regni nostri 42.

CIV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Caes. Rom. Majestati.

S. Caes. Majestas D. D. clementissime. Obsequiis meis summo studio in gratiam S. Majestatis vestrae commendatis. Omnibus in rebus, quas unquam ad S. Caes. Majestatem ve-

---

[1]) Berthold de Leip in Krumau.

[2]) Jan Cyr, Opat Wrocławski.

stram pertinere intelligo, non patior sane deesse studium industriamque meam. Quod cum facio et officio quidem meo perfungor, quod debere me intelligo singulari benignitati S. Caes. Majestatis vestrae, et praeterea, quicquid ejus facio, id ad uberiorem gratiam S. Reg. Majestatis domini mei clementissimi, qui Caes. Majestatem vestram unice colit ac diligit, mihi promerendam pertinere intelligo. Nunc etiam cum ex Oratoribus Majestatis vestrae Caes. mentem Majestatis vestrae accepissem, dedi operam, ut omnibus in rebus me esse plane S. Caes. Majestati vestrae studiosissimum declararem. Sicuti ex ipso I. et Magnifico D. Marsalco, qui solus ad S. Caes. Majestatem vestram revertitur, S. Caes. Majestas vestra copiosius cognoscet. Interea studia obsequiaque mea omnia commendo in gratiam S. Caes. Majestatis vestrae.

Dat. Varsaviae die 25 Julii 1571.

CV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis. Quia nos commendatam habentes fidem, virtutem, in rebus gerendis dexteritatem, et inprimis studium quoddam erga rempublicam regni nostri singulare Nobilium: Augustini Burlamachi et Joannis Nobili, quos nobis Respublica Lucensis, per litteras suas, uti cives suos commendavit, ipsos in veros et legitimos servitores mercatoresque nostros suscepimus, ac ipsos resque omnes eorum et bona quaecumque, quocumque locorum habita et habenda ab omni jurisdictione omnium et singulorum Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Tenutariorum, Burgrabiorum, Succamerariorum, Judicum, Subjudicum, Proconsulum, Consulum, Advocatorum, Scabinorum, ceterorumque dignitariorum et officialium regni nostri exemimus. Prout suscipimus et eximimus per praesentes, ita, ut non nisi coram Majestate nostra Regia cuilibet de se justitiam postulanti pa-

rere et respondere teneantur. Exceptis tamen causis recentis, quod absit, criminis, in quibus illos ordinario judicio subjacere volumus. Licebit igitur et erit liberum illis et cuilibet eorum, tam per se quam per socios vel famulos suos, mercaturam ubique in regno nostro exercere, merces omnis generis venum exponere, easque sive integre vendere, sive frustatim et minutatim ac ulnatim incidere, prout eis melius et commodius visum fuerit. Et quoniam in nonnullarum civitatum regni nostri jus adscripti sunt, volumus, ut quandocumque alicujus civitatis nostrae cives se esse factos ostenderint, omnibus libertatibus, praerogativis, privilegiis, exemptionibus illius civitatis, non secus quam reliqui illius civitatis incolae, ubique gaudeant et perfruantur: praesertim autem in exigendis teloneis et reliquis vectigalibus, non minor illorum ratio quam reliquorum civium regni nostri habeatur. Quare omnibus et singulis superius nominatis et omnino omnibus in universum dignitariis ac officialibus nostris quamcumque jurisdictionem exercentibus et cujuscumque conditionis existentibus, tum etiam omnibus et singulis teloneorum et vectigalium praefectis, sive eorum Notariis praesentibus et futuris ad notitiam deducentes mandamus, ut ipsis praesentes praerogativas in omnibus earum punctis et clausulis firmas esse velint, dictosque Augustinum Burlamachum et Joannem Nobili, sociosque ac famulos eorum in eis conservent ac conservari faciant et curent. Non obstantibus quibusvis litteris nostris in contrarium emanatis vel emanandis. In quorum omnium fidem et evidens testimonium praesentes manu nostra subscripsimus.

Dat. Varsaviae die 25 Julii 1571. Regni nostri 42.

CVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono.

R. in Christo pater D. amice noster charissime. Accepimus proxime P. vestrae litteras, quibus nos de legatione sua

ad Caes. Majestatem et ad nos facit certiores. Equidem quod ad nos attinet, cum privato etiam nomine ad nos venientem P. vestram libenter admodum visuri essemus, tum vero publico S. D. nostri atque adeo S. Sedis Apostolicae nomine venientem, visuri sumus libentissime. Quod reliquum est, optamus, ut quandocumque P. vestra venerit, salvis nobis salvam ipsam complecti liceat. Nec enim dubitamus alioqui et nos ipsos, et P. vestram non minimam ex congressu mutuo voluptatem esse percepturos. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 30 Julii 1571. Regni nostri 42.

CVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Commendono.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Magna me atque singulari gratia I. P. vestrae affectum esse interpretor, cum videam me litteris ipsius de decreta illi hoc tempore ad nos legatione factum esse certiorem. Quo quidem nuntio si nova me aliqua voluptate perfusum esse dixero, vereor ne veteri meae et singulari atque constanti erga I. P. vestram observantiae injuriam fecisse videar. Re vera tamen valde sum exhilaratus, quod mihi occasionem praeberi videam et intuendi quidem I. P. vestram quasi ex quodam intervallo, et illi obsequia mea magis ac magis ex propinquo declarandi. Faxit Deus, ut eam incolumem incolumi mihi quamprimum videre liceat, cetera non dubito, quin facile sint ex voto utriusque successura. Commendo studia et obsequia mea I. P. vestrae.

Dat. Varsaviae die 31 Julii A. D. 1571.

CVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Quod scripsimus per superiores tabellarios P. vestrae de iis rebus, quae istic testibus hinc evocatis acciderunt, id ne nunc quidem admirari desiimus, quin potius magis ac magis demiramur, quoties nobis singularis cujusdam integritatis et justitiae S. D. nostri in mentem venit: quae sane nisi artibus et dolis Barrabae et reliquorum similium circumscripta fuisset, profecto, ut nos quidem nobis persuademus, aliud longe in testes evocatos, et aliud item in ipsum reum exemplum edidisset. Jam autem quoque quod nuper scripsimus, vereri nos, ne non omnia ad S. ejus deferantur, quae S. illius scire interesset, id ejusmodi est, ut magnopere dubitemus ipsas etiam ad R. D. Cardinalem Alexandrinum [1]) scriptas a nobis litteras S. ejus lectas esse, quamvis videamus aliquam illarum mentionem S. ipsius per P. vestram injectam fuisse. Quamobrem si ejusmodi aliquid acciderit, ut litterae ipsae S. ejus lectae non sint, poterit P. vestra per commodam aliquam occasionem, primo quoque tempore exemplum earum S. illius exhibere et denique S. illius de omnibus facere certiorem, quae ad depingendos mores et vitam Barrabae omni fraudum ac scelerum genere contaminatam pertinere quocumque modo videbuntur. Vix jam nunc enim sustinemus eorum impetus, qui jampridem aversi a S. illius Sedis reverentia omnia conquirunt, quae ad illam in invidiam apud nos adducendam pertinere viderentur: quid fore tum existimat P. vestra, si tam nocens reus, non solum laxius habitus, sed plane

---

[1]) Michał Bonellus.

elapsus istinc fuerit? Atqui nunc jam etiam occinere nobis illud non dubitant, censuram Romanam columbas modo exagitare, corvos dimittere. Quod quidem ne plane verum sit, non magis nostra, qui sumus sedis illius observantissimi, quam Sedis ipsius, et ejus inprimis, qui ad illius sedis gubernacula positus est, interesse videtur. Intelligit enim procul dubio P. vestra, quid sequatur, quod nos quidem hoc loco, ominis etiam causa, commemorare nolumus. Utut est, P. quidem vestra, quod olim facturam se esse receperat, det operam primo quoque tempore, testes illos, saltem extra ordinem ad perpetuam rei memoriam, examinari, quibus compertum esse scripserat, Barrabam olim in sermonibus ausum esse dicere, sibi causam hanc Barensem et haereditatis nostrae maternae ducentis plane [1] ..... constare. Illud etiam perficiat P. vestra ut ducentorum ducatorum quos Inquisitioni praefectis numerari ante aliquot menses jusseramus, et quorum pars dimidia est jam ipsis numerata, etiam reliqua pars, nulla mora interposita, per Ticinium numeretur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die prima Augusti 1571.

CIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. frater charissime et honorande. P. Marszałek Czeski [2]), co tu sprawował imieniem Cesarza J. M., dałem przedtem W. M. znać. Miał też i privatas audientias cum Regia Majestate w rzeczach niektórych, na które się mu także privatim

---

[1]) wyraz jeden w pierwotnym rękopismie opuszczony.

[2]) Bertold de Leip in Krumau.

odpowiedź dała. Około tego, coś mi W.M. znać dał ex colloquio Cardinalis Delphini [1]), nie wiem co innego W. M. pisać, jedno, iż będą-li chcieć co więcej potem około tego mówić, abyś W. M. słuchał, mało się sam wdawając, a mało się odkrywając na tę albo na owę stronę, owa tak to miarkując, jakoby się im ani nadzieja czyniła do tego od W. M., ani też zgoła desperacya. Aczci, co się tu nas dotycze, tak widzę, iżbyśmy temu by kąska nie radzi, aby to dojść miało.

Wierzchlińskiemu iżeś W.M. intercessorias suas nie odmówił, nie widzę, abyś co w tem W. M. pobłądził. Awa się będzie mógł za tem ugodzić z Xiężą Ichmością. Co się tycze P. Strzałkowskiego, wiedząc to jeszcze przed pisaniem W. M. około tego rozruchu w kościele, jużem to był przestrzelił tam gdzie tego była potrzeba i tak jako potrzeba ukazowała.

Ksiądz Biskup Poznański, mojem widzeniem, nie ma żadnej legacyi pro hac vice od Króla J. M., ani żadnego zlecenia osobnego; a tak nie dzierżę, aby tam być miał, a przynajmniej, żeby się miał gerere pro Oratore na ten czas. Deinceps, gdyby się co potem takiego trafiło, będziem mieć na to baczenie, aby było conjuncta manu jednego posła z drugim każde poselstwo sprawowano. I na on czas aczci się to było pismem nie opatrzyło, jednak tak się było ustnie mówiło i tak się było postanowiło. Co nie rozumiem przecz się było potem odmieniło. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 1 Augusti A. D. 1571.

CX.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Quam indi-

[1]) Zacharyasz Delphiniusz, Biskup Farieński (Phariensis).

gno animo ferat S. R. Majestas testes eos, qui a nobis adversus Barrabam evocati fuerunt, tam indigne istic habitos esse, ex ipsius Majestatis litteris, tam his quam superioribus, I. P. vestra cognoscet. Quaeso provideat quantum potest cum sua et Majestatis ejus dignitate, ne accipiter hic elabatur [1]), rebus omnibus confusis et perturbatis. Vereor enim, si quid secus acciderit, ne et religioni ipsi male consultum esse videatur. Quod quidem mihi his litteris pro officio meo putavi esse ad P. vestram perscribendum. Quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 1 Augusti 1571.

CXI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium universis quorum interest. Quod cum Venerabilis Andreas Patricius Nidecki juris utriusque doctor, Archidiaconus Vilnensis, Custos Clecensis et Sendomiriensis, ac Varsaviensis Canonicus et Secretarius noster, magnopere nobis probasset fidem industriamque suam singularem in negotiis nostris et Cancellariae nostrae assiduo per multos jam annos procurandis, faciendum nobis esse existimavimus, ut illum stipendio aliquo annuo, pro ejusmodi meritis ipsius erga nos afficeremus. Itaque praesentibus litteris nostris constituimus et assignamus illi stipendium trecentorum florenorum quotannis per ipsum vel per eum, cui ipse commiserit, ex thesauro regni nostri percipiendum, incipiendo a die prima mensis Septembris proximi, et sic deinceps annis singulis, usque ad meliorem et pinguiorem provisionem nostram. Ipse autem interea solita nobis obsequia praestare teneatur. Quocirca Magnifico Hieronimo Bużeński, Regni nostri Thesaurario et Supparioo Cracoviensi, ac Brzeznicensi Krzecoviensique Capitaneo nostro, ceterisque deinceps regni nostri Thesaurariis et eorum notariis

---

[1]) Odnosi się to do Jana Wawrzyńca Papagody.

denunciamus mandantes, ut dictos trecentos florenos praefato Andreae Patricio Nidecki, vel procuratori ipsius, ad tempus superius assignatum, nunc et deinceps annis singulis solvant et numerent sine mora. Volumus enim, ut citra difficultatem et excusationem omnem statis temporibus stipendium suum percipiat, et tanto alacrius obsequiis suis ordinariis in Cancellaria nostra perfungatur. Nos autem semper, visis quietationibus illius, summam ejusmodi pecuniae in rationibus exigendis sumus suscepturi, atque adeo jam suscipimus. In quorum fidem etc.

Dat. Varsaviae die 1 Augusti Natali nostro. Anno vero D. 1571. Regni autem nostri 42.

CXII.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico Hieronimo Bużeński, Regni nostri Thesaurario et Suppario Cracoviensi, ac Brzeznicensi Krzecoviensique nostro Capitaneo, sincere, vel in absentia illius, thesauri nostri Notariis fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam. Magnifice s. n. d. Assignavimus his diebus Venerabili Andreae Patricio Nidecki, juris utriusque Doctori, Archidiacono Vilnensi, Custodi Clecensi et Sendomiriensi, ac Varsaviensi Canonico et Secretario nostro, pro singularibus et assiduis ipsius erga nos meritis stipendium florenorum trecentorum, singulis annis pro die prima mensis Septembris ex thesauro regni nostri percipiendum. Quamobrem mandamus Sin. tuae, ut incipiendo a die prima proximi mensis Septembris, et sic deinceps annis singulis, det et numeret, darique et numerari jubeat, ipsi vel procuratori ipsius florenos trecentos, sine mora et sine excusatione. Quos nos in rationibus exigendis a Sin. tua suscepturi sumus, atque adeo jam suscipimus. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 1 Augusti Natali nostro A. vero D. 1571. Regni autem nostri 42.

CXIII.

Sigismundus Augustus etc. Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Wyrozumiecie z téj kopii, którą wam posyłamy to, co nas dochodzi przedsię o praktykach niektórych Niemieckich, które się temi czasy dzieją przeciw państwom naszym. Co wszystko powiedzcie dostatecznie Cesarzowi J. M., nie czytając jednak spisku tego [1]), ani dając znać zkąd to nas dochodzi. Ale przekładając tylko, iż acz temu wiary do końca nie dawamy, wszakże tem nam to dziwniej jest, im bardziej i przez was i przez posły swe Cesarz J. M. ubezpiecza nas, iż w tej mierze trudności żadnych obawiać się nie trzeba, a nam tu, jako widzicie, omnes circumstantias wypisują, gdzie, kto, jako i kiedy etc. Do czego jeśliby przyszło, czego Boże uchowaj, niechajby Cesarz J. M. obaczył, na coby to potem wynijść musiało, a w jakieby trudności i niebezpieczeństwa Chrześciaństwo zaszło między sobą, którychby potem pohamować bez wielkiego krwie rozlania nie możono, gdzieby się temu zaprzodku zarazem nie zabieżało. O co pilnie się u J. C. M. starajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 8 Augusti A. D. 1571.

Sciat Devotio Vestra Dominum Joannem Albertum et Dominum Christophorum, Duces Megapolitanos, fratres, cum alio quodam principe, cujusquidem nomen hactenus certis de

---

[1]) Wzmiankowane tu sekretne pismo w języku łacińskim, jako dodatek do listu, załączone jest poniżéj.

causis non fuerit evulgatum, cum quibusdam rei militaris praefectis, ac tam equitum Magistris quam pedestrium copiarum ductoribus, de sex millibus equitum, ac peditum sexaginta vexillis sive cohortibus cogendis agere, atque ante quinque vel sex septimanas nonnullos vires militares apud praefatum Ducem Christophorum in arce Schonenbergensi ditionis Megapolitanae congregatos fuisse, ubi inter eos, qui inclyto Poloniae Regno ac Prussiae Livoniaeque terris illi incorporatis infensiores sunt, ipse Ulricus Beer facile principem locum obtinuerit, seque vel solum duo equitum millia in hanc expeditionem adducturum esse receperit, ceteris quoque tam opportunae occasioni se non defuturos prolixe promittentibus.

Cohortium ductores sive praefecti viginti esse feruntur, quorum singuli ad majores dignitates militares aspirent. Hos praeteriti mensis Junii 21 et 22 diebus in vico quodam Cromes ab urbe Lubeco non amplius unius miliaris, ac in alio quodam praedio, de nomine non satis noto, ab eadem urbe duorum miliarium spatio distante conventum egisse.

Inter hos autem praecipuum ferme fuisse quendam Casparem Teubingum, qui in bello Danico, Ducis belli Vorkenbusii supremus locumtenens (quod officii genus Germani Leutenampt appellare consueverunt) extiterit. Intra breve vero tempus horum praefectorum militarium praecipuos quosque iterum alicubi esse conventuros, ac tandem quantum equitum vel peditum quisque in hanc expeditionem adducere velit, sese declaraturos. Imperium vero totius exercitus fore penes Ducem Christophorum Megapolitanum.

Universis autem cum equestrium tum pedestrium copiarum praefectis has oblatas esse conditiones. Tam equitibus quam peditibus illam pecuniam datum iri, quae illis viatice nomine ex legibus miliciae, dum ad locum futuro delectui destinatum perveniant, dari soleat, ac praeterea unius tantum mensis stipendium. De futuris vero stipendiis nihil certi constitui aut promitti posse. Esse autem futurum, si res fortuna coeptis

favente successu non careret, ut etiam de reliquo facile conveniret.

Etsi autem hujusmodi expeditionem cum necessariorum sumptuum magnitudo, tum nonnullae aliae difficultates impedire posse videantur, tamen et cetera quae jam commemorata sunt, et eo jam habitis tractatibus, res adducta esse scribitur, ut plane verendum sit, ne homines tot annorum continuis bellis exercitati et efferati, jam vero pace plerisque in locis facta dimissi, ac sine stipendiis durius viventes, nisi a Duce Albano [1]), adversus Anglos aut ab Imperio Romano Transylvaniam bellum aliquantisper duraturum suscipiatur, vel solius praedae ac rapinae cupiditate et spe allecti, operam haud gravate navent praesertim Ducem adepti principem, cui ob auctoritatem facile sint obsecuturi.

Praeterea dicunt Paulum Vobserum a Magistro Ordinis Theutonici [2]) mille equitibus, et quadraginta peditum vexillis adversus Prussiae atque Livoniae terras ductandis conductum, hisque copiis cum imperio praefectum esse.

Certum insuper esse fertur, quod Dominus Adolphus Holsaciae Dux etc, tam equitum quam peditum copias conscribat, hoc quidem nomine, quod Hamburgum his obsidere in animo habeat. Quanquam autem vera haec quidem colligendi ejusmodi exercitus causa esse possit, neque suspicandum forte sit, ipsum Holsatiae Ducem nulla prorsus injuria lacessitum adversus Prussiae terras inimicitias aut bellum suscepturum, probe tamen diligenterque cavendum esse existimo, ne idem Dux in societatem hujus constitutae expeditionis forte sit pertractus.

---

[1]) Ferdynand Alvarez, Książę Alby.
[2]) Jerzy Hund von Menkheim.

CXIV.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Iż przez te poczty przeszłe pisało się nie mało W. M., na ten czas nie było co inszego pisać, jedno to co W. M. z listu Króla J. M. wyrozumiesz. Nie wątpię, iż to W. M. będziesz miał na dobrej pieczy, bo jest rzecz, jako W. M. widzisz, niemała. Bene valeat Dominatio vestra R.

Dat. Varsaviae die 8 Augusti 1571.

CXV.

Sigismundus Augustus etc.

Francisco Forgach de Gimes.

Magnifice s. n. d. Ex litteris Sin. vestrae et multo magis ex sermone Magnifici Nicolai de Mielecz Palatini Podoliae ac Capitanei Grodecensis, Consilarii et Oratoris nostri, intellexi-mus singulare quoddam studium S. vestrae erga nos, quod nobis in iis negotiis promovendis abunde declaravit, quorum gratia proxime legationem nostram in Transylvaniam instituera-mus. Quae omnia scire vestram S. volumus, gratissima prorsus nobis ab illa accidisse, idque non solum fructu officiorum praeteritorum, sed etiam spe et expectatione futurorum. Sic enim nobis persuademus, S. vestram, quam semel nobis navare cepit operam in iis negotiis, quae nobis ex testamento S. quondam nepotis nostri in Transylvania de rebus quibusdam mobilibus intercedunt, eam nobis deinceps quoque praestituram, nec nisi perfecta et ad exitum optabilem deducta re universa,

conquieturam esse. Qua quidem ex causa omnia a nobis benevolentissimi regis officia sperare et expectare debebit. Quod attinet ea, de quibus nobiscum nomine Sin. vestrae R. Regni nostri Vicecancellarius copiose est loquutus, ita eidem respondimus, ut facile intelligi possit, nos et calamitate quidem vicinae istius et nobis semper charissimae provinciae magnopere permoveri, et si quid opis in nobis sit, quod per nos vel omnibus in commune incolis, vel privatim unicuique praestari posse videatur, nihil nos esse negaturos. Quamobrem ipsa quoque Sin. vestra, quam claris admodum in illa provincia majoribus ortam, multis etiam egregiis animi dotibus instructam, et non infimis magistratibus perfunctam esse intelligimus, ita sibi de nobis debet persuadere, ut utriusque quidem fortunae suae, vel perfugium in gratia et benevolentia, vel ornamentum in liberalitate ac beneficentia nostra repositum esse non dubitat.

Dat. Varsaviae die 12 Augusti 1571.

CXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Michaeli Radziejewski.

Panie Radziejewski miły. Wyrozumiałem z W. M. listu prośbę W. M. do Króla J. M. o Podkomorstwo Sochaczewskie, lecz to już Król J. M. dać raczył P. Gostomskiemu, wszakoż iż tam snać P. Gostomski nie ma osiadłości, jako drudzy powiadają, tedy gdzieby się to pokazało, a iżby do tego przyszło, żeby ten urząd zasię puścić miał, nie zapomnię tam na ten czas przed Królem J. M., W. M. Z tem się W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae 13 Augusti 1571.

CXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Martino Cromero.

Reverende d. n. d. Libenter admodum fecimus, ut Coadjutoriam D. tuae ad Episcopatum Varmiensem, quam semel in animo nostro designaveramus, ad extremum usque tutati simus. Multa enim in ea agi videbamus, quae cum ad rationes D. tuae, tum vero etiam ad jus et auctoritatem nostram regnique nostri pertinere videbantur. Esse autem profecto dignitatis nostri duximus, nec D. tuae deesse, quam nos de nobis, deque republica optime meritam in eum locum provehebamus, et vero inprimis beneficium nostrum tueri, in quo multae ac magnae tum nostrae, tum regni nostri rationes vertebantur. Itaque cum perfecta jam sint omnia, quae ad stabiliendam eam Coadjutoriam pertinere videbantur, bono deinceps animo esse D. tuam volumus, diligenter in ea incumbentem, quae cum ecclesiae illius, tum etiam multo magis regni ac reipublicae nostrae in illis terris interesse videbuntur, sive nunc jam, in receptione D. tuae, sive postea, quotiescumque usu venerit: ut intelligi possit, ejusmodi datum esse istic a nobis hominem, qui nostri ac R. P. se esse amantissimum declaret et ostendat per omnem occasionem. Nos autem nunc jam Venerabili Capitulo scribimus, ut D. tuam pro Coadjutore ecclesiae suae cum futura certa successione re ipsa agnoscat et jusjurandum illi a subditis Episcopatus et praefectis arcium ac civitatum praestari de more jubeat. Ceterum quod D. tua pro Venerabili ipso Capitulo nobis supplicavit, in eo Capitulo ipsi gratificari sane non potuimus. Commovemur enim cum ceteris causis gravissimis, tum vero ne concessione ejusmodi vim legum ac statutorum regni nostri infringere, interpretationem-

que Indigenae communi omnium ordinum suffragio factam et in statuta ipsa relatam, convellere velle videamur.

Dat. Varsaviae die 15 Augusti A. D. 1571. Regni vero nostri 42.

CXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Capitulo Varmiensi.

Venerabiles d. n. d. Recte et ex officio D. vestrarum factum esse intelligimus, quod voluntati nostrae et S. Sedis Apostolicae mandatis, mos ab illis gestus sit in agnoscendo R. Martino Cromero pro Coadjutore cum certa futura successione ad Episcopatum Varmiensem, quod quidem a nobis magna ratione susceptum, summa fuit S. Sedis Apostolicae auctoritate confirmatum. Reliquum est, ut D. vestrae omnia perficiant quae ad eam rem necessaria esse videantur: inprimisque adeo jusjurandum praestari illi de more a subditis omnibus et ab arcium praefectis jubeant, ceterisque erga illum ceremoniis ac solennitatibus omnibus perfungantur, quae in hoc genere fieri consueverunt, ita quidem, ut deinceps a nobis et ab omnibus pro vero atque legitimo Episcopatus Varmiensis Coadjutore, cum futura certa successione, habeatur, eique omnibus in rebus uti Coadjutori et successori, nunc autem in absentia R. D. Cardinalis, uti Episcopo ipsi et Cardinali pareatur. Cetera Venerabiles Samson a Vorein et Bartholomeus Plemeński, Internuntii D. vestrarum ad nos missi, referre D. vestris poterunt, qui hic apud nos ea sane omnibus in rebus diligentia et fide pro D. vestris usi sunt, ut nihil amplius addi potuisse videretur. Nos quod attinet, equidem ita animati sumus, ut quicquid modo a nobis tum in ipsam D. vestrarum ecclesiam, tum privatim in unumquemque vestrum recte atque legitime proficisci posse videatur, in eo nos erga se semper esse cognoscant pro-

lixos atque liberales, exemplo Divorum majorum nostrorum, quorum pietas erga ecclesias semper extitit illustris. Verum, de quo nobis hoc tempore per Internuntios D. vestrarum fuit supplicatum, accedente etiam commendatione non vulgari R. D. Coadjutoris, in eo, quominus gratificari D. vestris potuerimus, gravissimae causae intercesserunt, quarum nonnullas Internuntiis ipsis D. vestrarum exponi jussimus, ut deinde ex ipsis D. vestrae intelligant. In reliquo de gratia et clementia nostra D. vestrae optime sperare debebunt.

Dat. Varsaviae die 15 Augusti 1571.

CXIX.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Adducta tandem est ad exitum res de Coadjutoria R. D. vestrae, singulari mea cum voluptate, ut qui R. D. vestrae omnia faveo, quaecumque ad augendam ipsius dignitatem pertinere videantur. Omnia ex familiari isto suo R. D. vestra cognoscet. Ego illi eam dignitatem iterum atque iterum gratulor. Interim quoniam reperio in pactis pleraque de juramento tum Episcoporum, tum Canonicorum, tum subditorum et vasallorum Varmiensium, quod ii regibus Poloniae non semel tantum, sed etiam de decennio in decennium praestare debent: uti inter cetera litterae Nicolai Episcopi Varmiensis [1]) datae Petricoviae 15 Julii 1479 attestantur, velim, ut R. D. vestra de eo consideret, et cum rerum ipsa suarum securitati consulat, tum nos etiam hic de sententia sua in hoc genere faciat certiores, ut si opus sit, mature prospiciamus de eo, qui nomine S. R. Majestatis jusjuran-

---

[1]) Mikołaja Tungen.

dum R. D. vestrae et aliorum exaudiat. Elbingensium negotium curae habebo. Verum videndum esse puto, ne simul omnia. Sic enim res minus offensionis videntur habiturae.

Interea R. D. vestra de exactione sollicita sit, ut desiderio Regiae Majestatis satisfiat, inprimis autem publicis constitutionibus ipsis, quas violare nefas est.

In exigendis debitis R. D. vestrae video sollicitum esse familiarem ipsius. Sed maligna admodum sunt tempora. Nunc ostensa nobis est spes concordiae, quam non putavi esse rejiciendam in hac temporum iniquitate. Videbimus quid fiat. Ego D. V. R. non deero. Venerabili Capitulo offensionem praejudicii deprecari hoc tempore nulla ratione potuimus. Alio tempore, si videbitur, tentabimus. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 13 Augusti 1571.

CXX.

Idem.

Capitulo Varmiensi.

R. et Venerabiles D. amici charissimi et honorandi. Quantum maxime potui, dedi operam, ut S. R. Majestas cognita obedientia R. D. vestrarum in hac Coadjutoria R. D. Cromeri, tollat omnem metum praejudicii in posterum, ab ecclesia R. D. vestrarum. Verum hoc quidem tempore nihil ejusmodi a Majestate ejus Regia impetrari potuit, quanquam id et a nobis, et a Venerabilibus fratribus R. D. vestrarum Internuntiis ad Majestatem ejus ablegatis, magno studio curaretur. Erunt fortassis alias tempora faciliora, quibus quidem ego ecclesiae D. vestrarum non deero, quantum modo vires meae patientur. Illud interea censeo, ut R. D. Coadjutorem omnibus istic studiis prosequantur, et quicquid pertinet ad constabiliendas ejus rationes in hac Coadjutoria, quam semel D. vestrae R. agnoverunt, eo libentissimis quidem animis perfungantur. Spero enim

Majestatem regiam, ubi id viderit, faciliorem etiam fore ad exaudiendas preces R. D. vestrarum. Me quidem certe habebunt hac ratione ad omnia sua negotia alacriorem. Bene valere D. vestras R. cupio.

Dat. Varsaviae die 15 Augusti 1571.

CXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Exhibitas nobis esse litteras Famatorum Proconsulis et Consulum ac Scabinorum, totiusque communitatis civitatis nostrae Wieliciensis, sigillo ejusdem civitatis munitas, recentes et integras, quibus quidem litteris cives praefati fontem et puteum suum Wieliciae post suppas salinarias sittum, in quo equi advenarum et aliorum potantur, Nobili Jacobo Dzierżanowski, ad extrema vitae ipsius tempora locaverunt et arendaverunt, quarum quidem litterarum series de verbo ad verbum sic habet. Proconsul et Consules, Scabini ac tota communitas civitatis Wieliciensis. Significamus tenore praesentium universis et singulis, quorum interest. Quia fontem et puteum nostrum hic Wieliciae post suppas salinarias sittum, in quo equi advenarum et aliorum potantur, locavimus et arendavimus, locamusque et arendamus Nobili Jacobo Dzierżanowski, Magnifici D. Hieronymi Bużeński, Regni Thesaurarii et Supparum Wieliciensium praefecti, servitori, ad vitae ejusdem extrema tempora, pro summa decem marcarum Polonicalium, quamlibet grossis quadraginta octo computandarum, a proxime futuro festo sancti Martini Episcopi, cum omnibus dicti putei commodis, proventibus et utilitatibus, praesentibus et futuris, nihil penitus pro se reservando, vel quovis modo excipiendo. Quas quidem decem marcas Jacobus Dzierżanowski pro festo sancti Martini in a. d. 1572 futuro solvere incipiet, et sic pro quolibet festo S. Martini singulis annis solvere ac ad manus nostras, usque ad vitae suae extrema tempora, dare sine quibus-

vis dilationibus et exceptionibus solvere debebit. Quem quidem puteum Jacobus Dzierżanowski cum omnibus et singulis ejus utilitatibus tenebit, habebit ac eo utifruetur, ad vitae suae extrema tempora. Nec non eum puteum, cui voluerit, salvo suprascripto censu, locare et arendare, sine quavis nostra contradictione, eidem licebit. Permittimus etiam et consentimus ipsi Jacobo Dzierżanowski, confirmationem et approbationem praesentis inscriptionis advitalitatis a Sacra Majestate Regia impetrare et obtinere. Qui quidem Jacobus obligavit se omnia circa puteum necessaria sibi suo sumptu comparaturum: nec non ruinam aliquam parvam, si quae forte fortuna evenerit, videlicet si roborum czembrzyna dictorum unum aut alterum convulsum fuerit, reparaturum. Si autem aliqua magna ruina aut damnum accidisset, id Consules reparare ex communi aerario tenebuntur. Jacobus vero eos in tempore statim et absque ulla mora cum primum cognoverit, certiores reddere et admonere debebit. In quorum fidem sigillum nostrum praesentibus est subimpressum. Dat. ex Wieliczka, in vigilia Visitationis Mariae. A. D. 1571.

Supplicatumque nobis, ut hanc locationem et arendam, quae litteris hic insertis continetur, auctoritate nostra approbare, confirmare et ratam ac firmam haberi dignaremur. Prout praesentibus litteris nostris approbamus, confirmamus, omniaque quae litteris hic insertis continentur, rata et firma esse volumus.

Dat. Varsaviae 22 Augusti 1571.

CXXII.

Sigismuudus Augustus etc.

Magnifico Stanislao Barzi de Blozew Palatino et Capitaneo Generali Cracoviensi, Sniatinensique, in absentia ejus Vicecapitaneo seu judici judaeorum Cracoviensium, s. et f. n. d. Gratiam nostram regiam. S. et f. n. d. Intelleximus perfidum

Salomonem Behem Judaeum Cracoviensem transactioni cum Magnifico regni nostri Thesaurario factae, qua se ad certum tempus septingentorum quadraginta quinque florenorum summam pecuniariam, nobis per Nobilem Sebastianum de Montelupi suo et Bernardi ac Caroli Soderinorum nomine in eodem Judaeo, nec non Jona filio Abraham, Jacobo Dlugi et Salomone Opter, una cum perlucris in judicio Palatinali Cracoviensi judaicali super iisdem Judaeis obtentis condescensam ac cessam, solvere Thesauro nostro ac numerare obstrinxerat, non satisfecisse. De quo, quamvis ad antecessorem Sin. tuae litteras nostras dederamus diligenter scriptas, tamen omnis executio voluntatis et mandatorum nostrorum hucusque est extracta. Quod quidem, ut ab ipso graviter accipimus, ita de Sin. tuae diligentia omnia nobis meliora pollicemur. Proinde iterum atque iterum mandamus Sin. tuae, omnino habere volentes, ut mox visis praesentibus, ex officio suo Capitaneali, praefatos Judaeos et quemlibet seorsim capi et in carceres Capitaneales Cracovienses intrudi faciat, tamdiuque eosdem in carceribus detineat, quousque decreto et decretis Palatini Cracoviensis et perlucris suis, quae ex hujusmodi decretis accreverunt, satisfactum per ipsos Judaeos, vel quemlibet ipsorum seorsim in toto fuerit, ac demum Sin. tua nomine nostro regio et fisci, juxta priores mandatorum nostrorum hac in parte litteras, possessionem realem et actualem in bona eorum mobilia et immobilia generosus f. dilectus Ludovicus Decius Secretarius noster, Magnus Procurator Cracoviensis et Zuparius Ilcussiensis, ut possessionem apprehendat et teneat, ut efficiat volumus. Et omnino totum hoc negotium ita gerat et ita ad effectum perducat, perducique faciat, ut ne deinceps eadem de re ad Sin. tuam scribere opus habeamus. Factura Sin. tua pro debito officii sui et gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 21 Augusti A.D. 1571. Regni vero nostri 42.

CXXIII.

Francisens Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Soderinis.

Generosi domini amici charissimi. Już przestaje na tem J. K. M., aby p. Górecki pisarz płacił W. M. ten dług J. M. P. Wojewody Sieradzkiego [1]) z tego Kłodna, które dzierży, i rozkazał już J. K. M. pisać do niego, aby albo płacił arendę W. M. z tego imienia, albo żeby W. M. wypłacał na raty po pewnej summie. A ja też tak rozumiem, iż W. M. nadeń pewniejszego mieć nie możecie. To moje officium przyjmijcie W. M. za wdzięczne, gdyż ja w każdej mierze rad się W. M. zawżdy zachowywam.

Dat. Varsaviae 29 Augusti 1571.

CXXIV.

Idem.

Thesaurario regni [2]).

Magnifice D. amice charisime et honorande. Iż Król J. M. naznaczył natenczas P. Doktorowi Patrycemu w skarbie swoim jurgielt trzysta złotych, którego jeszcze nigdy żadnego nie miał, chociaż go jako W. M. sam dobrze wiesz, dawno już Królowi J. M. służąc, był zasłużył. A acz on sam wielką nadzieję ma w łasce W. M., iż za rozkazami W. M. snadnie ku tym pieniędzom przyjdzie, wszak i ja bacząc, że jest godnym a potrze-

---

[1]) Albrycht Łaski.

[2]) Hieronim Bużeński.

bnym w Kancellaryi Króla J. M., proszę W. M. jako najpilniej mogę, żebyś W. M. te pieniądze, jemu rozkazał bez odwłoki zapłacić, według tego czasu, który niedawno minął, za co on W. M. rad będzie służył, a ja dziękować będę, gdy go W. M. na przyczynę moję tem rychlej odprawić każesz.

Varsaviae die 2 Septembris.

CXXV.

Idem.

Nicolao Konarski.

Panie Konarski miły. Iż wiem, że W. M. masz tego na zamiar, a przyjaciel mój jeden dobry prosił mię o to, proszę, żebyś mi W. M. posłał kopyto albo dwie łosie, żebym się tem temu przyjacielowi swemu zachować mógł. A ja to W. M. zadziaływać będę.

Varsaviae die 2 Septembris 1571.

CXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Summo Pontifici Romano [1]).

Beatissime pater et domine etc. Memoria teneo, me singulari mea erga religionem catholicam pietate adductum, assensum esse superioribus temporibus R. D. Vincentio Portico S. vestrae apud me Nuntio, ut si qua spes certior affulgeret adducendi Moscorum principis ad catholicam religionem, ostenderem me in gratiam S. vestrae, liberos transitus per ditiones

---

[1]) Papież Pius V.

meas in Moscoviam esse non gravate concessurum, inprimis quidem ipsi illi R. Vincentio Portico, cujus prudentiam et integritatem satis mihi videor habere exploratam, deinde, si is forte aut nolit ire, aut non possit, ei, qui mihi maxime secundum Porticum probaretur. Qua quidem in voluntate nunc etiam me persistere, libenter equidem prae me fero. Nam cum nulla sit accessio, quam non ex animo sacrosanctae religioni catholicae faveam, tum ea sane accessio, si modo certa esse posset, ejusmodi est, ut a me quidem singulari quodam desiderio expetatur, propter multas et propagandae religionis catholicae et tranquillandae reipublicae Christianae rationes. Qua quidem de re tota arbitror S. vestram ex litteris R. D. Portici, quas is me inprimis conscio ad S. vestram olim scripsit, abunde cognovisse. Unum addebam tunc temporis, quod nunc etiam praetermittere non possum, magnopere me cupere, ne qua ratione hoc ejusmodi consilium meum divulgetur. Quae omnia S. vestram optime meminisse existimó. Quod cum ita sit, equidem nolim S. vestram mirari, quod non ita pridem, dum ex me, mandato S. vestrae quaereretur, essemne Nuntio S. vestrae, in Moscoviam, ad persuadendum foedus Christianorum adversus Turcam eunti, transitum per ditiones meas concessurus, non concessurum esse me, de consilii mei sententia respondi. Feci id enim. Primum, quod diversa esset ratio ad foedus perducendi et ad religionem catholicam adducendi. Deinde quod, etiamsi religionis causa ageretur, mihi tamen de voluntate principis illius erga religionem catholicam nondum quiquam constaret: qua quidem una ex re omne meum consilium de permittendo ad illum S. vestrae Nuntio penderet. Tum quod nulla quaedam aut R. Portici aut alterius, qui mihi non displiceret, mentio fieret, sed de Nuntio in genere quaereretur. Postremo, quod totum illud consilium meum de permittendo S. vestrae Nuntio in Moscoviam, celari omnino apud omnes volebam; ex uno contentus, quod soli quidem S. vestrae voluntas mea in hoc genere, quam Nuntio S. vestrae nec semel, nec perfunctorie, sed et saepe et verbis quam maxime efficacibus declaravi, ignota non esset. In qua me

quidem voluntate iisdem illis conditionibus persistere, semper S. vestra, quando volet, cognoscet. Atque haec quidem S. vestrae hoc tempore significanda esse duxi, ne forte varietas responsionis meae S. vestram perplexam reddat. Commendo me etc.

Dat. Varsaviae die 3 Septembris A. D. 1571.

CXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi [1].

R. in Christo pater s. n. d. De pecunia reliqua et censu nostro ex Doana exigendo, relinquimus curam hanc P. vestrae. Scribit ad nos Volscius, quod ipsum quoque P. vestra significat, regem Hispaniarum [2] pollicitum esse dare mandata ad Viceregem hoc nomine. Aliquid fortassis proficiemus tum his, tum vero inprimis tempore ipso. Jam enim Augustus mensis abiit, quo solutio ejus pecuniae fuit nobis a Vicerege [3] appromissa. In studio quidem et diligentia P. vestrae nihil deesse videmus. Faciunt autem hae difficultates, ut magis atque magis in consilio nostro perstemus vendendae summae ipsius principalis arbitratu nostro, cuicumque poterimus vel indigenarum, vel etiam externorum. In quo quantum nos P. vestra juvare potest, tantum elaboret. Interim ubi ad nos R. D. Cardinalis Commendonus venerit, non praetermittemus de ea re sententiam P. ipsius cognoscere.

Testes eos qui hinc evocati fuerunt ad perhibendum contra nequitiam Barrabae testimonium, tam male istic habitos fuisse, nunc etiam non meminisse non possumus. Saltem S. D. noster, uti quidem velle videtur, R. D. Commendono Cardinali

---

[1] Stanisław Hozyusz.
[2] Filip II.
[3] Antoni Granvelle, Wicekról Neapolitański.

committeret, remedium tandem aliquod his rebus adferri per P. ejus, sive instituendo examine solenni in regno nostro, sive qua alia re, quae ad veritatem aperiendam pertinere videretur. Videmus enim omnes quasi aditus de industria praecludi, quominus tot et tanta ac tam manifesta latronis illius scelera detegi posse videantur: usque adeo quidem, ut ipse quoque Cardinalis Alexandrinus [1]) ad nos scripserit, litteras illas nostras, quarum exemplum P. vestrae miseramus, S. D. nostro lectas non esse, propter festinationem illius ad legationem Hispaniensem. Cuperemus tamen exemplum saltem earum litterarum, per P. vestram S. ejus exhiberi. Quod scribit P. vestra, nescire se, unde nam potissimum Camillus Brancatius in suspicionem nobis venerit, scire debet, nos id ex litteris his hausisse, quas ad nos P. vestra proxime die 5 Maji scripsit, quibus quidem litteris negotia illum Barrabae gerere Neapoli non obscure significat. Sunt autem quoque postea nonnulla consecuta scripta aliorum, ex quibus in ea suspicione quodammodo confirmamur. Verum hoc totum quidem P. vestra tacitum habeat.

Coadjutoriae Varmiensis negotium ad optatum finem perduximus, quod quidem ecclesiae illi cupimus esse salutare. Minora sacerdotia Coadjutoris scimus esse per sedem Apostolicam Coadjutori retenta, itaque illi in iis, durante retentione, nullum negotium facessemus. Ubi retentionis tempus expiraverit, scire P. vestram volumus, nos in distribuendis ejus omnibus sacerdotiis jure nostro usuros esse, sicuti quoque ad illum ipsum perscripsimus. Quod quidem P. vestrae ideo significandum esse duximus, ne quam forte aliam de his cogitationem suscipiat, quae, nisi suo tempore arbitrio tandem nostro distribui deberent, mirum videri non deberet, si nos quoque de Coadjutoria ipsa inciperet poenitere. Scit enim ipsa P. vestra, ejusmodi sacerdotia quae vacant per sublimationem, uti vulgo

---

[1]) Michał Bonellus.

loquimur, ad dispositionem nostram veteri jure regni nostri pertinere. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris A. D. 1571.

CXXVIII.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni. Cardinali Varmiensi.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. De nationali concilio, de quo se scribit I. P. vestra terroribus Burgimagistrorum Elbingensium percelli, ne quid metuat. Praestabimus per Dei gratiam hoc periculum I. P. vestrae, quicquid sibi blandiantur Burgimagistri. Coadjutoria plane exitum suum est consecuta, nobis hic quidem inprimis adnitentibus: ne vos forte eam laudem istic vobis vendicetis, qui litteras executoriales misistis sine executoribus. Sed utut est, recte est. R. D. Legatus [1]) juvit rem ex animo, nec ulla in parte defuit officio suo. Id autem scribo, quod mihi ex litteris I. P. vestrae nonnihil colligere videor, venisse illum istic in suspicionem, quod cum maxime promovere debuerit, maxime omnium impedierit, quodque ea quae minime oporteat, inprimis autem fortassis de crasso mendacio, redigi domi suae in publicas formas patiatur. Quod certe non est ita. Nam quod crassum mendacium attinet, cum essent hic Canonici ecclesiae I. P. vestrae Varmiensis, designaverat S. Regia Majestas me et Magnificum Dominum Regni Cancellarium [2]), ut de juribus eorum et privilegiis, quae jactabant, cognosceremus. Inter cetera proferunt litteras in charta pergamenea obligationem I. P. vestrae continentes, subscriptas chirographo I. P. vestrae, quantum Magnificus dominus Cancellarius et ego

---

[1]) Wincenty Portico.

[2]) Walenty Dembiński, Kanclerz W. Koronny.

judicare poteramus, ex quatuor fere lineis bene longis per totam chartam pergameneam extensis, propria manu I. P. vestrae. Tum deinde ostendere velle videbantur litteras I. P. vestrae de objecto crasso mendacio, quod, quoniam mihi ad indignitatem nonnullam I. P. vestrae pertinere videbatur, prohibui et verbis rigidioribus Canonicos admonui, totam ejus rei mentionem obmitterent et ea sola, quae ad libertates et privilegia eorum pertinerent, exhiberent. Quod etiam postea factum est ita. Ceterum allatum ad me est, eas quoque de crasso mendacio nonnullis aliis in locis exhibitas fuisse. Atque haec quidem uti gesta sunt I. P. vestrae significanda esse existimavi, quod id ipsius magnopere interesse existimarem. Sacerdotia Coadjutoris minora scit I. P. vestra esse arbitri Regiae Majestatis: quibus se tamen Majestas ejus, durante retentione per Sedem Apostolicam concessa, non immiscebit. Ubi ea expiraverit, decretum est Regiae Majestati jure suo uti, quemadmodum ipsi quoque Coadjutori significatum est, ne quid forte, inscia Regia Majestate, aliter de iis disponat. Memini quidem quid ad me I. P. vestra de Varmiensi olim scripserit. Verum a Regia Majestate obtineri non posse videtur. I. autem P. vestra hoc debet ferre aequius, quod et suis quidem aliquot per haec tempora providerit et deinceps cum menses habeat Pontificios, poterit etiam pluribus providere. Et vero metuendum est, quod quidem soli I. P. vestrae scriptum esto, ne, si quid in iis Majestas regia offendatur, de ipsa quoque Coadjutoria, alia quaedam consilia capiantur. Non desunt enim qui Regiae Majestati, nunc etiam, haec et illa consilia subministrent, ad quae equidem, quantum et dominum ipsum Coadjutorem amo et I. P. vestram observo, nollem deveniri. Pro subditis I. P. vestrae impetrari a Majestate regia nihil potuit. Majore penuria nostri subditi in Polonia premi videntur, quorum plerique fame etiam moriuntur, neque tamen iis quicquam remittitur ex tributo imperato. Commendo obsequia mea I. P. vestrae, quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris.

CXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Klodziński.

Venerabilis d. n. d. O pieniądze tak z Doany, które nam jeszcze in Aprili oddać miano, jako o one 13 m., których już ode czternaście lat nic dopłacono, nie rozumiemy co dalej pisać, wszystko to pilności waszej poruczamy, na której widzimy, iż do tych czasów nie schodzi. Owa jeśli nie mandaty z Hiszpanii, które, jako nam X. Wolski pisze, dać obiecano, tedy wżdy co czas sam pomoże, gdyż już Augustus wszystek przeminął, na który czas pieniądze zapłacić obiecowano. Lecz nam co dalej, to bardziej chęci przybywa, abyśmy tamtę summę zaprzedać mogli, acz nic ale dla tych samych trudności, które nas potykają. O co i do X. Wolskiego piszemy i wam przypominamy, abyście o tem myśleli, i jakoby się to najlepiej przedać mogło, wczas przepatrywali a nam znać dawali. Radzibyśmy wiedzieli, co się tam działo od Wicereja za onym mandatem Króla Hiszpańskiego, około procedowania per Viceregem ipsum de expilata haereditate. Jeśli się możecie dowiedzieć, saltem co na to do Hiszpanii odpisano, dajcie nam znać.

In causa Lampognani [1]) dzierżcie się instrumentu, który powiada non compulsus nec coactus, sed mera et spontanea voluntate, bo my nie baczymy jakoby testes przeciw instrumentum publicum słuchani być mieli. Item dzierżcie się praescriptionem tot annorum, jeśli non censetur contractum ratum habuisse, za milczeniem tak wiele lat. Petrarolę [2]) odprawcie

---

[1]) Bernard Lampognani.

[2]) Jan Antoni Petrarola; w poprzednich dokumentach pisano go *Petrarvola.*

do nas co najrychlej być może, bo go potrzebujemy. Skryptury około kupna proventuum Universitatis Hostunii trudno się tak prędko znaleść mogą, zwłaszcza, iż tu nie mamy Doktora Latercyana [1]), który tych skryptur najlepiej świadom. A wszakże szukać ich per occasionem rozkażemy, zwłaszcza, iż już jedzie Latercyan zaś do nas.

O kupce Barskie, którycheście nam supplikacyę posłali, dajcie nam znać, jako dalej rzeczy pójdą. Będąli mieć sprawiedliwość, każdemu się usprawiedliwimy.

Chcemy też i rozkazujemy wam, abyście ku dawnej prowizyi rocznéj, którą ma od nas X. Wolski, dawali mu nadto na potem od tego czasu tysiąc dukatów Neapolitanos currentes na każdy rok, póki w Hiszpanii będzie, które tysiąc dukatów przyczyniamy mu do dawnej prowizyi jego.

O wierze tych tam Włochów, którzy od nas jurgielty biorą, dawajcie nam znać dostatecznie, przypatrując się, jako się tam wam zachowują. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 4 Septembris.

CXXX.

Sigismuudus Augustus etc.

Petro Volski.

Generoso f. n. d. Iż nam piszecie, jakoby na tej tylko deliberacyi Króla J. M. rzecz wszystka i odprawa nasza wisiała, jeśli ex gratia czy ex justitia tę sprawę Król J. M. odprawić ma, nam się tak zda, żeśmy w liście naszym dosyć słuszną drogę do tego podali, aby to Król J. M. wedla sumienia swego jako Rex catholicus przedsięwziąć i także odprawić kazał. I nic wadzi, abyście wy tem przed temi zatrząsali tędy i owędy,

---

[1]) Antoni Laterciani.

którzy na przeglądanie tej kauzy od Króla J. M. wysadzeni są. Jakoż się nam widzi ten modus procedendi być najsłuszniejszy, najsnadniejszy et cum dignitate utriusque nostrum. In summa: Starajcie się, aby w tej rzeczy był koniec jaki najlepszy być być może, byleśmy jedno wiedzieć mogli, do czego się rzeczy chylić będą. Wszak to jawno wszystkiemu światu, jako długo czekamy i jako się skromnie we wszem zachowamy. Insze rzeczy z drugiego listu wyrozumiecie.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris. Anno quo supra.

CXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Volski.

Generose f. d. Im większą pilność waszę w tych sprawach naszych baczymy, tem się bardziej tej nieodprawnej odprawie dziwujemy, na której samej zawisło wszystko przedsięwzięcie nasze. I taż jest przyczyna nieczęstego przez te czasy pisania naszego, bo oczekiwając odkazu jakiego takiego saltem na list nasz, któryście wy już od roku oddali, nie zdało się nam czem inszem was zabawiać. Teraz jako baczymy, przedsię te rzeczy w długą idą po staremu. Co my przeglądając, rozkazujemy wam znowu toż cośmy wam też już przedtem pisali, abyście się modis omnibus starali o to saltem, żeby nam dano facultatem przedać summę 430,000 in Doana Fogiae w Królestwie Neapolskiem, komuby się nam podobało, tak extraneo jako indigenae, ażebyśmy tę facultatem na piśmie mieć mogli, dostatecznie obwarowaną. A to co nam tego roku nie zapłacono od tej summy 43 m. jeszcze in Aprili, niechajby już teraz zapłacić rozkazano, a pospołu i one 13 m., które zostały od inszej summy, którą było zabrano do dworu tedyż po śmierci nieboszczki matki naszej. A to wszystko pilnie pamiętajcie.

Daliście też nam byli znać, iż się było pisało od Króla J. M. Hiszpańskiego [1]) jeszcze do nieboszczyka Wicereja [2]), aby był uczynił jakiś proces privatim około tego złupienia haereditatis nostrae maternae. Do tych czasów nie wiemy jeśli się co na to pisanie stało było. A tak dowiedziawszy się, dajcie też nam znać.

My natenczas, mając baczenie na nakłady wasze, a chcąc was tem chętliwszym uczynić do posług naszych, na przyczynę Ks. Podkanclerzego, przyczyniliśmy wam tysiąc dukatów Neapolskich do dawnej prowizyi waszej na każdy rok, póki tam będziecie. I piszemy do Ks. Kłodzińskiego, aby wam to ku dawnej prowizyi dawał. Jakoż rozumiemy, iż da, by jedno pieniądze były. Czego wy od nas wdzięczni będąc, starajcie się, jakobyście to nam zwykłą pilnością swoją odsługowali.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris A.D. 1571.

CXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Laterciano.

Magnifice f. n. d. Etsi intelleximus F. tuam reditum suum ad nos jam instituisse, tamen admonendam illam esse duximus, ut ne quid morae longioris in itinere interponat. Necessaria enim nobis est futura propediem praesentia F. vestrae, ante adventum ad nos R. D. Cardinalis Commendoni, qui ad nos Legatus Sedis Apostolicae est designatus. Et quoniam praeter eos testes, qui hactenus adversus Papacodam examinati fuerunt, memoria tenemus F. vestram multos alios extra regnum nominasse, qui eorundem facinorum illius hominis magnopere sunt conscii, hortamur F. vestram eique mandamus,

---

[1]) Filip II.

[2]) Perafano de Ribera.

ut iis rebus ita istic prospiciat, ut cum ad nos venisse in regnum nostrum R. D. Cardinalem Commendonum intellexerint, ipsi quoque in regno nostro praesto esse possint, ad perhibendum testimonium veritati. Quorum obsequia nos gratia nostra regia libenter recognoscemus.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris A. D. 1571.

CXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Gdy jeszcze Cesarz J. M. nie jest resolutus około tego żeglowania do Narwy, starajcie się, aby ta rezolucya mogła być co najrychlej, a wedla myśli naszej i potrzeby nie tylko państw naszych, ale i wszystkiego prawie Chrześciaństwa. A my też zatem myśleć będziemy jakoby zbyć tego Armiralla, jeśliby go na to morze wsadzić chciano.

O pacificationem Prussiae, takeśmy i P. Marszałkowi odpowiedź dali, iż radzi nieradzi czekać musimy na ten Sejm blisko przyszły, zkąd mamy wziąść rezolucyę de consensu omnium ordinum, jako dalej w tej mierze będziem mieli postąpić, gdyż ta sprawa taka jest, iż jej privato nostro consilio administrare nulla ratione possumus.

Różnice Spiskie poruczyliśmy z strony naszej P. Rawskiemu [1]) i Staroście Spiskiemu [2]), aby zjechawszy z Ruberem postanowili, jakoby było bez krzywdy obojej strony.

---

[1]) Kasztelanem Rawskim 1569—1572 r. był Krzysztof Myszkowski.

[2]) Mikołaj Maciejowski (późniejszy Wojewoda Lubelski). Znajdujemy w dyaryuszu poselstwa Franciszka Krasińskiego do Cesarza Maxymiliana list Króla pod d. 15 Maja 1567 r. w którym pisze, że Mikołaj Maciejowski, Starosta Spiski, posyłał do Cesarza, swego posła Bartłomeja Gumowskiego, w sprawie poddanych Spiskich. Sprawa ta, jak widzimy z niniejszego i następujących listów, w przeciągu lat pięciu nie była ostatecznie rozwiązaną.

Około Baru dowiadujcie się tam od tych co z Hiszpanii teraz przyjeżdżają, na czem rzecz wisi. Przed Cesarzem też J. M. nie zaniechywajcie tedy i owędy przypominać tych indignitates, które nas potykają. Pieniędzy naszych własnych, które skoro po śmierci nieboszczki matki naszej z Baru do Neapolim zabrano, do tych czasów nam dopłacić nie chcą. Płatu rocznego od summy 430 m., tego roku nie zapłacili, co mieli uczynić jeszcze in Aprili. To w Neapolim. W Hiszpanii zasię acz wszystkie nasze sprawy skrzypiąc idą, ale to nam snać najcięższa i najdziwniejsza, iż na list nasz, któryśmy my od półtora lata pisali, a oni go już od roku wzięli, odpisu ani na tę ani na owę stronę mieć nie możemy. Co usłyszycie w tej mierze od Cesarza J. M., to nam znać dawajcie.

Pisaliśmy też wam byli, abyście się przez J. C. M. starali, aby nam Król J. M. Hiszpański dozwolił przedać tę summę 430 m. w Neapolim, komubyśmy rozumieli, bądź tamecznym ludziom, bądź też obcym. Czego też nie zapominajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris 1571.

CXXXIV.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime et honorande. O Delfina i o insze rzeczy, już się W. M. dawno odpisało. Co się tycze Probostwa Gnieźnieńskiego, mówił ze mną P. Miłoszewski, któremum ja wszystko prolixissime obiecał, co odemnie być może i ma wziąść listy odemnie do tego Arendatora. Nie wątpię, iż wszystko w tej mierze będzie wedla myśli W. M.

Upominków od nas na wasze wesela nie posłano, bośmy nie powinni o tem diwinować do czego nas nie wzywają, bo tak W. M. wiedz, iż na to wesele Króla J. M. nie proszono, sed nec

minimam quidem earum nuptiarum significationem dederunt, co jednak J. K. M. przydziwniejszem.

O Sekretaryę ruszę, czas po temu upatrzywszy, a ruszę tak, jako prawemu przyjacielowi należy. O brata niechaj mię nikt w tej mierze podejrzanym nie ma. P. Bóg mi świadek, iżem o to nigdy z Królem J. M. nic mówił. Jest tu jeden, który na tę Sekretaryą siatki zastawia dziwne. Więc nie wiem quantum proficiet. Mea quidem sententia nihil. Bene valeat R. D. vestra.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris 1571.

CXXXV.

Idem.

Volscio.

Generose D. amice charissime. Za staraniem mojem przyczynić raczył J. K. M. prowizyi W. M. tysiącem dukatów Neapolskich. O czem pisze się do X. Kłodzińskiego diligenter. Si pecunia esset Neapoli, non laboraremus, ale chceszli W. M. mieć prędko pieniądze, staraj się o mandaty do Wicereja [1]) efficacia, aby zapłacił i to co dawno winno 13 m. i to co teraz in Aprili zadzierżano 43 m. Cetera ex litteris Regiae Majestatis intelliget D. vestra. Quae bene valeat.

Varsaviae 4 Septembris.

CXXXVI.

Idem.

Sebastiano Montelupi.

G. D. amice charissime. Wyrozumiałem z pisania Andreae Angeli, żeś W. M. posłał do ręku jego taleros 200, tak jakom

---

[1]) Antoni Granvelle.

był pisał do W. M. Teraz jeszcze proszę W. M., abyś W. M. posłał ducatos Hungaricos dziewięćdziesiąt i trzy do ręku M. Giacomo Maria Gellii do Bononii, których był pożyczał synowcowi memu [1]). A ja piszę do urzędnika swego, którego tam mam przy Krakowie, aby bez omieszkania zapłacił te pieniądze W. M.

Dziwuję się, iż tych rzeczy, które mi z Neapolu posłano, a w Wenecyi do ręku agenta W. M. oddano, tak długo u siebie nie mam, gdyż już niebliżu [2]) jako z Wenecyi wyszli. Od mytników cesarskich trudności się na drodze obawiać nie potrzeba, bo są rzeczy wszystko robione, namiot do łoża i tranacha. Skoro to W. M. będziesz miał, poślij mi W. M. co najrychlej.

W rzeczy P. Wojewody Sieradzkiego [3]) około długu, który W. M. winien, czynimy pilność co największą, gdzie okazawszy J. K. M. wolę P. Wojewodzinę, a iż inaczej być nie mogło przywiodłem J. K. M., iż przyzwolił na wszystko, który konsens pisze się już tu w kancellaryi mojej. Będą też k temu listy do P. Góreckiego pisarza [4]), aby zaraz puścił possessyę z W. M., a potem się z W. M. ugadzał, około tego jakobyście W. M. ku zapłacie długu swego co najsnadniej przyjść mogli. W tej i w każdej innej rzeczy rad się zawdy zachowam W. M., ile ze mnie być może. A z tem się W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae 4 Septembris A. D. 1571.

---

[1]) Zapewne Janowi Krasińskiemu.

[2]) Dawno.

[3]) Albrycht Łaski.

[4]) Maciej Gorecki, Pisarz Polny, Chorąży Poznański.

CXXXVII.

Idem.

Clodinio.

R. D. frater charissime. Salutem etc. Tranachi jeszcze nie mam do tych czasów. Lecz się jej spodziewam co dzień, bo mi już dano znać, że w Wenecyi oddana jest ad agentes Postae regiae. Utcumque est, widzę, iż się to mieszkanie nie przez W. M. dzieje.

Petrarolę będzie tu po chwili potrzeba, jako to W. M. z listu J. K. M. wyrozumiesz. A mnie też samemu należy, aby tam ztąd co najrychlej odprawion był, bo mi snać wiedzie konia od Brankacego, z którym radbym aby drogę za dobrej pogody odprawił. Proszę daj mu W. M. expedycyę jego ante ceteros, skoro pieniądze przyjdą do ręku W. M.

In reliquis refero me ad litteras S. R. Majestatis. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris.

CXXXVIII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Gdyż się tak zda S. D. nostro [1]) aby to examen testium było kommittowano znowu Cardinali Commendono, fiat. Lepiej przedsię tak, niźliby Barrabam wypuścić zgoła miano. Vos, quantum in vobis est, starajcie się,

---

[1]) Pius V.

aby to już Cardinali Commendono do końca zlecono było, boć zaprawdę Króla J. M. obchodzi niepomału ta odprawa eorum testium, którzy tam byli ad nullius hominis instantiam evocati.

Interim, tak jako się przedtem do Ks. Kardynała pisało, dajcie tę drugą sto dukatów Secretario Ugolino, które zostały od onych dwuset, które był Król J. M. do Inkwizycyi dać rozkazał.

O waszej prowizyi augmentum jeszcze się kusić przedsię będę, czas po temu obaczywszy. We mnie nie wątp nic W. M. By nie te złe czasy, wszystkobyśmy po woli mieli. Interim ferre et sperare oportet.

Ksiądz Legat nasz [1]) jako manifeste widzę ex iis rebus, które proponit, nie mógł inaczej postąpić, jedno jako postąpił. Aby mu to miało być fraudi, zaprawdę nie rozumiem, aby to z Bogiem było. Albowiem co się tycze examen testium, on tu nie miał facultatem czynić processus juridicos in simili materia, tylko summarias informationes ad perpetuam rei memoriam biorąc od tych, od których brać miał, posyłał to tam pisane i podpisane ręką uniuscujusque. Ostatek na examinatorach a na świadkach należało. Ksiądz Legat officio suo est functus. Ale ita sciatis, że i w tej rzeczy znać, iż ten Barrabas non destituitur fautoribus etc. Co się tycze drogi do Moskwy i w tem on optima fide postępuje, bom wszystkiego świadom. Ale trzeba distinguere causas et tempora, et conciliabuntur scripturae. I Papież sam, gdy singula mente repetet, snadnie obaczy nie tylko niewinność, ale i dobry postępek jego w obudwu tych rzeczach.

O Neapolskich i Hiszpańskich rzeczach, już nie wiedzieć co dalej pisać. Ita conturbantur omnes nostrae rationes dziwnemi postępki tamtemi. Już minął Augustus mensis, już Papież pisał, już Król do Vicereja pisać obiecał. Videbimus quantum proficiamus. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 4 Septembris.

---

[1]) Wincenty Portico.

CXXXIX.

Idem.

Antonio Petrarolae.

Generose domine amice charissime. W interesie expedycyi W. M. pana wyprawione są dwa listy do J. M. Ks. Kłodzińskiego, jeden od Króla J. M., drugi odemnie. Nie wątpię, że w prędkim czasie wyexpedyuje W. M. pana. Skoro to nastąpi, udasz się W. M. pan wprost do dworu Króla J. M., gdzie będziesz W. M. pan mile widzianym, tem milej, o ile koń, którego mi W. M. przyprowadzisz, okaże się lepszym i piękniejszym.

Dat. w Warszawie 4 Września [1]).

CXL.

Idem.

Andreae Angeli.

M. Andrea mio charissimo. Z przyjemnością dowiedziałem się, że odebrałeś W. M. dwieście talarów od Sebastyana Montelupiego. Oczekuję z upragnieniem na wino, nie powątpiewając, że przyszlesz mi W. M. w dobrym gatunku.

Dat. Varsaviae 4 Septembris.

---

[1]) List niniejszy, jakoteż następny, tłómaczone są z włoskiego.

CXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Szlachetnemu Konstantemu Carneadi z Kandyi, wiernie nam miłemu, łaskę naszą królewską. Szlachetny, wiernie nam miły. Mają zdawna Soderynowie kupcy Krakowscy, a słudzy nasi, od nas daną wolność od ceł i myt wszelakich po Koronie naszej, tak jako to szerzej listy i przywileje ich omawiają, któreśmy im na to zdawna dać kazali pod pieczęcią naszą, i przodkowie W. T. na tych cłach, które na ten czas dzierży W. T. dobrą o tem wiadomość mieli, i wiedząc, przy tych je wolnościach zawzdy zachowali. Lecz iżeś W. T. na miejsce ich niedawno wstąpił, my chcąc aby ciż Soderynowie przy tych wolnościach przez W. T. i sprawce a pisarze W. T. wszędzie po komorach cało zachowani byli, chcieliśmy to dla wszej przestrogi obwieścić W. T. tym listem naszym, jakoż na ten czas obwieszczamy. Rozkazując i tak chcąc mieć, abyś je W. T. zachował i zachować rozkazał przy tych wolnościach, na które od nas przywileje odzierżeli. A inaczej żebyś W. T. nie czynił pod łaską naszą.

Dat. Varsaviae die 5 Septembris A. D. 1571.

CXLII.

Sigismundus Augustus etc.

Mathiae Gorecki.

Generose f. dilecte. Pisał nam temi czasy pilnie P. Wojewoda Sieradzki [1]), dając nam znać o pewnym długu, który winien Soderynom kupcom Krakowskim a służebnikom naszym

---

[1]) Albrycht Łaski.

już od niemałego czasu, który dług chcąc im tem pewniej uiścić, zapisał im temi czasy na Kłodnie, które W. T. natenczas z ramienia naszego dzierżysz. Jako o tem sam zapis w tej mierze uczyniony szerzej omawia, któryśmy my we wszystkiem konfirmowali i konsens nasz do niego przyłożyli, według pilnego żądania P. Wojewody przez list, który do nas w tej mierze pisał, okazując stateczną a nieodmienną do tego myśl swoję. A przeto gdyż tak jest, rozkazujemy W. T., abyś W. T., skoro tamci Soderinowie przyjadą, albo jeden z towarzyszów ich, albo którykolwiek plenipotent imieniem ich z tym listem naszym przyjedzie, abyś im W. T. to tam imienie i z pożytkami tegorocznemi wolno puścił, tak iżby krom sprzeciwienia jakiego, a nakoniec i krom przewłoki jakiej, ku spokojnej a pewnej tak imienia wszystkiego Kłodzińskiego jako i pożytków possessyi przyszli, a do nas się w tej mierze więcej uciekać potrzeby nie mieli. I dla tejże przyczyny namyślnie ku tej sprawie Komornika naszego posyłamy, aby przy bytności jego ta rzecz koniec skuteczny zarazem wziąść mogła.

Dat. Varsaviae die 8 Septembris A. D. 1571.

CXLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Urodzonemu Maciejowi Goreckiemu, Chorążemu Poznańskiemu i Pisarzowi Polnemu naszemu, wiernie nam miłemu. A w niebytności jego Urzędnikowi Kłodzińskiemu. Łaskę naszą królewską. Urodzony wiernie nam miły. Pisał nam temi czasy pilnie P. Wojewoda Sieradzki etc. ut supra. I dla tejże przyczyny namyślnie ku tej sprawie Komornika naszego, szlachetnego Malchera Olszewskiego posyłamy, aby on to imienie i z pożytkami od W. T. odebrawszy, Soderynom albo plenipotentowi ich podał i w tej wszystkiej rzeczy aby z rozkazania naszego tak postąpił, jakoby tam ta rzecz koniec stateczny za-

razem wziąść mogła. Pod łaską naszą abyś W. T. inaczej nie czynił.

Dat. Varsaviae die 8 Septembris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CXLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris. Exhibitas nobis esse litteras ex actis terrestribus Cracoviensibus sub sigillis duobus Generosorum, altero ut videbatur, Joannis Pieniążek judicis, altero autem Jacobi Dembiński Subjudicis terrae Cracoviensis, extraditas, recentes et integras, in charta simplici papyrea scriptas, quae continebant in se obligationem bonorum haereditariorum et summarum omnium pecuniariarum in castro Klodno Magnifici Alberti Laski Palatini Siradiensis, Nobili Carolo Soderini mercatori Cracoviensi et servitori nostro, in summa duodecim millium et septingentorum florenorum factam, prout videlicet litterae ipsae latius obloquuntur, quarum series de verbo ad verbum sequitur et sic habet. Comparens personaliter coram jure et actis praesentibus terrestribus Cracoviensibus Illustris ac Magnificus Albertus Laski, Palatinus Siradiensis, recedendo a terris et districtibus, juribus et jurisdictionibus suis omnibus, et se suosque successores et bona sua omnia jurisdictioni huic quo ad actum hunc incorporando et subjiciendo, sanus mente et corpore existens, palam, publice, libere et per expressum recognovit. Quia nobili Carolo Soderini et ejus posteris tenetur summam duodecim millium et septigentorum florenorum per triginta grossos computando certi, veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae. In qua quidem summa duodecim millium et septingentorum florenorum pecuniae, ipsi Carolo Soderini et ejus successoribus ex nunc et de facto inscribit et obligat bona sua haereditaria

et summas suas omnes pecuniarias in castro Klodno ac in oppidis fortalitiis, villis et praediis omnibus et singulis ad id ex antiquo pertinentibus et ad eum quomodolibet spectantibus et servientibus, in terra Voliniae et quibuscumque terris et districtibus in ducatu Lithuaniae et Regni Poloniae existentibus. Et jam ex nunc praefatus Illustris et Magnificus Palatinus Siradiensis eidem Carolo Soderini et posteris ejus dedit et dat, dareque et admittere debet et tenebitur, suique successores debent et tenebuntur, sub vadio similis summae duodecim millium et septingentorum florenorum, in praefata bona castrum Klodno et omnes et singulas villas, oppida, fortalitia cum praediis ad id ex antiquo pertinentibus, summasque pecuniarias in eisdem bonis habitas, realem et actualem intromissionem et possessionem per ministerialem terrestrem, cujuscumque terrae et districtus, jam ex nunc per judicium additum, per ipsum Carolum Soderini et posteros ejus, bona praefata et summas pecuniarias cum omnibus pertinentiis et adjacentiis, nullis penitus exceptis, utifruendum, possidendum a festo S. Trinitatis proxime praeterito, ad simile festum S. Trinitatis; et sic de anno in annum, annis et festis praefatis proxime ac immediate se sequentibus, usque ad plenariam et integram solutionem et bonorum praedictorum exemptionem, in summa praedicta pecuniaria duodecim millium et septingentorum florenorum pecuniae Polonicalis, modo obligatorio, ut praemissum est, tenendum, habendum, pacifice et quiete possidendum cum omni jure, dominio et proprietate, nec non cum omnibus ad ipsa bona et summas pecuniarias, juxta consuetudinem antiquam pertinentibus et quovis modo spectantibus, et utilitatibus universis, omnibusque Bojaris, Nobilibus, feudatariis et vasallis, rusticis, plebeis, ac theloneis, nihil juris, dominii, proprietatis et quarumvis utilitatis in praedictis bonis et summa, pro se ipso et successoribus suis, et aliis quibusvis personis ibidem in eisdem bonis aliquod jus habentibus, eorumque posteris reservando seu excipiendo, sed plenarie et ex integro, ac ita late, longe et circumferenciaIiter, prout praefatorum bonorum haereditas una cum summa

praedicta, se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit, usque ad debitam et sufficientem summae praedictae duodecim millium et septingentorum florenorum pecuniae simul et semel solutionem, bonorumque praefatorum exemptionem. Denique idem I. et Magnificus Albertus Laski Palatinus Siradiensis, cum suis posteris tenebitur, praesentibusque se et suos successores inscribit et obligat, super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisque pecuniariis per eum nunc habitis et in post habendis, inscribit eundem Carolum Soderini et ejus posteros occassione bonorum superius expressorum ita ut praefertur, obligatione in eisdem bonis et summis pecuniariis obligatis, ab omnibus impedimentis, debitis quarumcumque personarum status et sexus utriusque et cujuscumque conditionis, tam spiritualis, quam secularis, per omnes praescriptiones terrestres nulla praescriptione terrestri evadendis, nec non ab omnibus inscriptionibus, reformationibusque et advitalitatibus, ac censibus et inscriptionibus reemptionalibus prioribus et posterioribus, cuicumque personarum factis et faciendis, ac etiam a citationibus, adcitationibus, concitationibus ad satisfaciendum trahentibus, innotescenciis, et brachii regalis quibusvis importatis et importandis, lucris, perlucris, in quocumque juris gradu existentibus, lucratis et lucrandis, ac etiam in quocumque judicio vel officio acquisitis et acquirendis, ac ab juribus quibuscumque decretis et processibus cujuscumque juris per quemcumque et in quemcumque sensum, in regno Poloniae coram quocumque judicio terrestri et castrensi, obtentis et obtinendis, sive etiam coram Majestate Regia, ac a domino reformatoriali et advitalitatis; generaliter vero ab omnibus personis et earum personarum impetitione juridica, per quascumque generaliter personas status et conditionis fiendis, et hoc in quocumque gradu juris, totiens quotiens opus et ipsi Carolo visum fuerit, nulla praescriptione obstante, immo semper totiens quotiens opus fuerit, nec non ab omni bellica expeditione, tam generali quam particulari intra et extra regnum Poloniae eveniente, quam solus ipse I. et Ma-

gnificus Palatinus Siradiensis, cum successoribus suis de eisdem bonis praesentibus obligatur obire, et ipsum Carolum Soderini ab ea et a praemissis omnibus tueri, defendere, evincere, eliberare, ac ubique indemnem reddere ac bona praefata pacificare, mundaque et libera facere. Et intromissionem cum posesssione in eadem bona omnia et in partem eorundem nec per se nec per quascumque personas denegare seu praepedire, usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praefatae exsolutionem, sub vadio speciali duodecim millium et septingentorum florenorum pecuniae Polonicalis, praedicto Carolo Soderini et posteris ejus ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadiis vel vadio, si se ratione praemissorum omnium et singulorum supra expressorum, in toto vel in minima parte non exequutorum, si se praefatus I. et Magnificus Albertus Laski Palatinus Siradiensis cum suis successoribus citare, ad instantiam ipsius Caroli Soderini vel ejus successorum, permiserit ad judicium vel officium terrestre vel castrense capitaneale Cracoviense, extunc recedendo a terris et districtibus ac juribus suis quibusvis, et illi jurisdictioni, ad quam citabitur seu successores ejus citabuntur, se cum bonis et successoribus incorporando et subjiciendo, in primo termino tanquam in peremptorio parere, stare, respondere, ac pro vadio, seu vadiis praefatis atque citatis, totiens quotiens citabitur satisfacere et nihilominus inscriptionem hanc exequi debet et tenebitur, suique successores debent et tenebuntur, ipsum primum terminum et alios causae terminos et dies, ex vi cujuscumque termini et citationis praefixos et incidendos, vera vel simplici infirmitatibus et pro majori non differendo judicii et officii motiones et appellationes et dilationes, exceptionesque nullas faciendo, poena vel poenis trium marcarum, vadium vel vadia non subterfugiendo extra illud judicium seu officium, ubi illi cum suis successoribus juridica instituta fuerit actio, ad quietationem sibi non recipiendo. Pro praemissis et singulis omnibus non evadendo praefatum Carolum Soderini et posteros ejus litteris decretisque Regalibus, terris et districtibus, praescriptionibus

terrestribus in statuto descriptis evasionibus quibusvis statutis et constitutionibus Regni Poloniae, laudatis et laudandis, formulisque processus et inscriptionibus in statuto descriptis, bello, colloquio aut conventione generali seu particulari, legalibus impedimentis quibusvis intempestiva, indebita, aut inordinata citatione cujuscumque positionis vel ministerialis recognitionis cujuscumque terrae sit, aut illius autenticarum litterarum ostensione, nec defectu ullo inscriptionis praesentis, citationisque et totius juris processus judiciive seu officii capitanealis in decernenda et in judicanda et in exequenda re judicata incompetentibus. Et generaliter nullis aliis causis aut modis exquisitis vel exquirendis, judicialiter seu extra judicialiter fieri solitis, ipsi Carolo Soderini et posteris ejus in contrarium non obstantibus, sub amissione suae et suorum successorum totius causae. Actum Cracoviae in terminis terrestribus, feria secunda post festum S. Trinitatis proxima A. D. 1571.

Jo. Kmita N. T. Crac. scripsit.

Supplicatumque nobis est, ut hanc obligationem et inscriptionem, quae litteris hic insertis continetur, auctoritate nostra approbare, confirmare, ratam ac firmam haberi jubere ac denique ad eam consentire, consensumque nostrum praebere dignaremur. Nos itaque huic supplicationi benigne annuentes, facile adducimur ut confirmationem, approbationem, ratihabitionem et praeterea consensum et assensum nostrum, ad firmandam hanc totam obligationem seu inscriptionem, impartiamur. Confirmantes, approbantes, ratificantes eam ipsam inscriptionem et obligationem, et praeterea ad omnia et singula in ea contenta, atque ad omnes articulos, clausulas conditiones ipsius, auctoritate nostra consentientes et assentientes, consensumque et assensum nostrum praebentes, omneque jus nostrum pro hac vice in supradictum Carolum Soderini transfun-

dentes. Non derogando tamen juri nostro ad alia omnia bona praefati Magnifici Palatini Siradiensis, nobis et personae nostrae privatae per ipsum certis ac legitimis inscriptionibus facto et in nos transfuso ac condescenso. In quorum omnium fidem praesentes litteras sigillo regni nostri communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die 10 Septembris A. D. 1571.

CXLV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Farnesio [1].

R. in Christo patri etc. R. in Christo pater domine amice noster charissime et honorande. Cum ad nos allatum esset rumoribus non incertis, R. D. Vincentium Porticum S. Sedis Apostolicae per haec tempora apud nos Nuntium mandato S. D. nostri discessum ex regno nostro apparare, magna id cum animi nostri molestia audivimus. Ita se enim per totum tempus legationis suae in regno nostro gessit, ut non solum privatim, suis castis et ab omni ambitionis atque avaritiae labe remotis moribus, omnium sibi benevolentiam conciliaret, sed etiam publice, dignitate S. Sedis Apostolicae, quae illum miserat, mirifice in omnibus conservata, nos ipsos, ad quos proprie missus fuit, studio quodam coleret singulari. Itaque his rebus facile perfecit, ut non modo plerosque ex equestris atque etiam Senatorii ordinis homines, qui ab ecclesia recesserant, ad gremium ejusdem ecclesiae, partim persuasionibus suis, partim etiam plerisque libris catholicis in Polonicum convertendis, iisdemque imprimendis, reduxerit, sed etiam auctoritate sua, tum vetera Jesuitarum collegia confirmaverit, tum nova aliquot constitui ac fundari procuraverit, tum vero etiam utraque im-

---

[1]) Alexander Farnese.

petratis a nobis ad eorum provisionem villis, ecclesiis et aliis reditibus magnopere auxerit; et denique prudenter admodum et sine ulla vel minima cupiditatis nota, gratiam S. Sedis Apostolicae dispensando, multos ejusmodi beneficiis S. Sedi Apostolicae obligaverit: in summa autem tantum religioni catholicae in his locis profuerit, quantum vix alioqui depravatis hisce temporibus sperare licuisset. Quibus sane omnibus nominibus charissimum illum habuimus, et prudentia quoque ac consilio illius in plerisque rebus nostris uti non dubitavimus, multa vicissim in gratiam ejus pro religione catholica faciendo, quae omittere sine repraehensione, facere nonnisi cum singulari ecclesiarum fructu, potuimus. Hoc autem nostrum de illo testimonium ita verum est et usque adeo ex animi nostri sententia profectum, ut illud ad ipsum quoque R. D. Cardinalem Viceprotectorem totidem verbis perscribere non dubitaverimus: tum ut habeant P. vestrae, quod opponant iis, si qui forte, ut sunt maligna tempora, virtutem illius arrodere et existimationem diminuere conarentur, tum autem ut pro suo protectionis officio dent operam apud S. D. nostrum, quo stabiliendis iis quae feliciter sunt coepta, successorem huic prorsus quam simillimum habeamus. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 10 Septembris A. D. 1571 [1]).

CXLVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Sebastiano Montelupi.

G. D. amice charissime. Otrzymał się u J. K. M. za staraniem mojem konsens na kontrakt W. M. z JP. Wojewodą

---

[1]) Tejże samej treści dokument wysłano z Kancellaryi Królewskiej do Kardynała Sabella.

Sieradzkim [1]) około Kłodna, tak jako W.M. szerzej z Dzierze *(tak)* wyrozumiesz i Komornik J. K. M. do tegoż się wyprawił, abyście W. M. tem snadniej auctoritate J. K. M. ku possessyi przyjść mogli.

Ja też nadto piszę list swój do P. Góreckiego [2]), aby W.M. bez wszelakiej trudności possessyę puścił i puścić rozkazał. I mam za to, że się tak zachowa, jako mu piszę, gdyż mi to ustnie w Warszawie obiecował, tak się we wszystkiem zachować, jako będzie wola moja. A tak W. M. w imię Boże, poślijcie na tę possessyę.

O namiocie swym, który był w Wenecyi oddan agentom W.M., już wątpić nie będę. Jednak gdy przyjdzie, proszę, abyś mi go W.M. bez omieszkania posłał. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 19 Septembris A. D. 1571.

CXLVII.

Idem.

Mathiae Gorecki.

Panie Gorecki miły. Aczby byli woleli panowie Soderynowie wedla rady mojej, co inszego w długu swoim 13,000 złotych wziąść od P. Wojewody Sieradzkiego, niż to Kłodno imienie odległe i niewielkie a k temu ogolone. Jednak, iż Pan Wojewoda Sieradzki nie chciał się natenczas do niczego inszego przywieść dać, powiadając, iż insze imiona swoje w inszych długach innym kredytorom obligował, przeto panowie Soderynowie na tem przestać musieli, a jam im do tegoż zjednał konsens J. K. M. A tak posyła tam J. K. M. Komornika swego z sługami ich, a z listem do W. M., aby im ten Komornik possessyę tego Kłodna oddał i w one wwiązał. Ja też piszę

---

[1]) Albrycht Łaski.

[2]) Maciej Górecki.

do Soderynów, upewniając je z strony W. M., iż tam od W. M. trudności żadnej i owszem pomoc wszelaką mieć będą. Proszę przeto, abyś się W. M. tam w tej mierze tak przeciwko sługom ich zachował, jakoby przodkiem ku possessyi prędkiej przyjść mogli, a potem w dalszych traktaciech, jeśli które będą czynić z W. M., to po W. M. poznali, com im ja imieniem W. M. obiecował, fundując się na onem ofiarowaniu W. M. ustnem, gdzieś mi W. M. obiecował wszystko z strony Soderynów uczynić, coby się mnie jedno słusznego być widziało. Ostatek wyrozumiesz W. M. z listów Króla J. M. A z tem życzę W. M. zdrowia i wszystkiego dobrego.

Dat. Varsaviae die 19 Septembris 1571.

CXLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Te rzeczy, któreście nam byli poslali przez postę około Spiżan poddanych naszych, wyprawione z Kancellaryi Cesarza J. M., odesłaliśmy byli P. Rawskiemu [1]). Posłaliśmy i przy tem jemuż informacye i kommissye nasze, wedla tych kommissyi i mandatów, które były wyprawione od Cesarza J. M. Lecz co nam na to odpisał P. Rawski, wyrozumiecie z kopii tego listu, który pisał temi czasy do ks. Podkanclerzego, którą wam posyłamy. Którą gdy przeczytacie, starajcie się u Cesarza J. M. ze wszelaką pilnością o te wszystkie rzeczy i o każdej z osobna, które potrzebne być rozumieć będziecie, ku temu co P. Rawski przedsiębierze. A opatrzcie to jakoby te wszystkie rzeczy, które ku temu należące do Pana Rawskiego posyłać będziecie, z Krakowa prosto mogły go do-

---

[1]) Krzysztof Myszkowski, Kasztelan Rawski.

chodzić, nie trawiąc próżno czasu tu do dworu przesyłaniem listów. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 19 Septembris A. D. 1571.

CXLIX.

Litterae passus pro Balthasaro Pernus.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus etc. amicis nostris, salutem et gratificandi studium. Subditis vero nostris gratiam nostram regiam. Proficiscitur hinc Viennam Balthasar Pernus servitor Generosi Severini Bonar, Capitanei nostri Rabstinensis. Supplicatumque est nobis, ut quo hujusmodi iter suum tutius et securius conficere possit, eum Dominationibus vestris commendaremus, quod quidem facimus, postulantes ab eis, subditis vero nostris mandantes, ut illum cum comitatu, equis, rebusque suis omnibus, per loca ditionum suarum, tutum atque securum praestent, atque illi liberos et tutos ubique in eundo et in redeundo, transitus, receptus, commorationes et omnia quae ad facultatem honestorum negotiorum suorum agendorum pertinebunt, praebeant, immunem quoque faciant a solutione quorumvis teloneorum, vectigalium, aggerum, pontium, itinerum et quibuscumque nominibus pendi solitorum, ac denique si opus fuerit, de salvo conductu illi provideant. Tum ne illi ullum negotium fieri patiantur, propter pestilentis aëris suspicionem, ea enim loca in quibus nos agimus ab hoc malo, per Dei gratiam, libera prorsus existunt. Quod nos Dominationibus vestris mutuis studiis nostris sumus relaturi. Subditi vero nostri secus pro gratia nostra non facturi.

Dat. Varsaviae die 20 Septembris A. D. 1571.

CL.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Uciekł się do nas temi czasy urodzony Seweryn Bonar Starosta Rabsztyński, skarżąc się na urząd Morawski o przewłóczenie sprawiedliwości w rzeczy swojej, którą tam ma, jako szerzej wyrozumiecie z zamknionej supplikacyi nam podanej, którą wam posyłamy. Rozkazujemy wam tedy, żebyście to przełożyli przed Cesarzem J. M., a imieniem naszem żądali J. C. M., żeby J. C. M. rozkazał dać do tego tam urzędu mandata seria, żeby już bez żadnej odwłoki Seweryn Bonar sprawiedliwość swoję odzierżał i zapłatę miał, gdyż my też poddanym J. C. M. sprawiedliwość wszelaką czynimy, gdy się trefi, i czynić rozkazujemy. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 20 Septembris 1571.

CLI.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Severino Bonaro [1].

Generose domine amice charissime. Miałem list od W. M. przy którym sługa W. M. powiedział mi potrzebę W. M. około długu tego, który W. M. w Morawie masz. Ja iżem tego nie mógł wydać, o co mię najpilniej prosił sługa W. M., litteras repressaliorum, bom wiedział, że Król J. M. chowając dobre sąsiedztwo z Cesarzem J. M., nie dałby się przywieść ża-

---

[1]) Seweryn Bonar, Starosta Rabsztyński.

dnym obyczajem na taki list; k temu też, że pakta i konwenta tych państw nie cierpią żadnych stawunków, z których więc wszczynają się rożnice nie małe, ale wszystkie dyfferencye każą terminować jure mediante, miej mię W. M. za wymówionego. Tom wydał, com baczył być potrzebnego W. M. ku tej rzeczy i słusznego, list do posła Króla J. M., aby to tam z zwierzchności Cesarza J. M. tak opatrzono było, jakobyś W. M. ku zapłacie swej rychło przyjść mógł. W tej rzeczy i w innych, jakosiękolwiek będę mógł W. M. zachować, wszystko rad uczynię. Z tem się W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 20 Septembris A. D. 1571.

CLII.

Instructio legationis ad Albertum Fridericum Ducem Prnssiae.

Orator noster ad Illustrem quoque principem dominum Albertum Fridericum in Prussia Ducem de industria divertet, et salute Illustritati ejus nomine nostro dicta, uti Nepoti nostro amantissimo, in talem aliquem modum Illustritatem ejus nostro nomine alloquetur.

Memoria tenet sacra Regia Majestas dominus meus clementissimus Illustrimam Celsitudinem vestram ante menses fere quatuor ad Majestatem ipsius litteras dedisse, quibus quidem litteris Majestatem ejus Illustrissimam Celsitudo vestra faciebat certiorem de consilio suo exaudiendi rationes eorum, qui gubernationi Ducatus hujus, sub pubertate Illustrissimae Celsitudinis vestrae praefuerunt. Quod quidem Celsitudinis vestrae consilium et tunc quidem magnopere probavit Majestas illius, et nunc etiam ut idem faciat, magnas easque non vulgares habet rationes.

Verum quoniam eodem illo tempore amanter admonuerat Majestas illius Illustrissimam Celsitudinem vestram, ne ea res

sine interventu Commissariorum suorum susciperetur, expectabat sane hactenus, dum ab Illustrissima Celsitudine vestra certior fieret de die, quem ad diem Celsitudo vestra vacare hujusmodi negotio constituisset; ut eo cognito, posset Commissarios quoque suos tempestive ad Celsitudinem vestram ablegare. Quod quia ab Illustrissima Celsitudine vestra hucusque factum non est, non potuit Majestas illius, etiamsi id inprimis cupiebat, certi aliquid mihi in hoc genere committere, quo negotium tam necessarium promoveri et tandem ad exitum deduci posset.

Illud modo interea Majestas illius Celsitudinem vestram etiam atque etiam hortatur, primum: ut ne cogitationem rei tam necessariae deponat aut abjiciat, deinde ut ne eam omnino suscipiat sine Commissariis Majestatis illius. Quando quidem negotium hoc ejusmodi est, ut neque ulla ratione omitti ab Illustrissima Celsitudine vestra debeat, nec vero sine Majestate Regia recte suscipi posse videatur, sine Majestate, inquam, Regia, quae et harum quidem terrarum supremus est ac directus dominus, et Illustrissimae Celsitudinis vestrae nonsolum tutor voluntate paterna designatus, verum etiam sua ipsius animi affectione et propensione quadam singulari, veluti alter parens in locum demortui est substitutus.

Quae cum ita se habeat, facile Illustrissima Celsitudo vestra intelligit, quam necessarium sit Commissarios Majestatis Regiae in ejusmodi negotio adesse, quod negotium ad recte constituenda initia gubernationis Celsitudinis vestrae ita pertinet, ut nonsolum fons et origo, sed etiam auspicium veluti quoddam futurae administrationi esse videatur. Itaque ne quid Celsitudo vestra sine ejusmodi Majestatis Regiae Commissariis in hoc negotio inceptet, Majestas ejus Regia Celsitudinem vestram etiam atque etiam hortatur.

Jam de negotio Vobseri quid fiat aut quid agatur, cuperet etiam Majestas ejus Regia cognoscere. Quo enim magis Majestas ejus meminit, quantis difficultatibus negotium hoc, tum Illustrissimam Celsitudinem vestram, tum Majestatem quoque

suam Regiam, ante aliquot annos involvisset, hoc magis jam cuperet exitum tandem ejus negotii optabilem aliquem videre: cum praesertim non ignoret, decreto Caesareae Romanae Majestatis intercedente ita constitutum fuisse, ut res ipsa a desiderato fini paululum abesse videatur. Quod quidem decretum in forma, ut vocant, originali, est mihi a Majestate ejus Regia concreditum.

Itaque Illustrissima Celsitudo vestra quicquid de eo negotio comperti habet, tam in facto quam in jure, faciet Majestatem ejus certiorem, ut uno eodemque tempore Majestas ejus possit cognoscere quid fiat, quidve sibi praeterea incumbat in hoc genere faciendum. Quoties enim Majestas ejus intuetur, decreto illi Caesareae Majestatis hactenus per Vobserum non satisfieri, magnopere veretur, ne ad alia quaepiam nova consilia per eum descensum sit, quae novis item difficultatibus et Illustrissimam Celsitudinem vestram, et Majestatem ejus Regiam, et terras istas possent implicare. Ita Majestatem ejus, pro sua erga Celsitudinem vestram benevolentia singulari, omnia negotia habent sollicitam, quae ad Illustrissimam Celsitudinem vestram et eas terras pertinere quoquomodo viderentur.

Quamobrem ne matrimonium quidem Illustrissimae Celsitudinis vestrae memoria sibi excidere patitur Majestas ejus, de quo ipso in dies omnia fausta atque felicia audire optaret. Memoria quidem tenet Majestas ejus quid secum pridem per Celsitudinis vestrae Internuntium, dominum Venceslaum Shak, in hoc genere actum fuerit, quidque Majestas ejus Celsitudini vestrae in hoc genere permiserit. Verum quoniam, quid postea in hoc negotio aut actum sit, aut etiamnum agatur, scire non possit, et rem esse videat ejusmodi, in qua magnum momentum, tum ad dignitatem et fortunas Illustrissimae Celsitudinis vestrae, tum ad rationes harum terrarum constituendas, positum sit, non parum sane capit molestiae, rem ejusmodi aut negligi, aut tam lente tractari, quam rem Majestas illius, propter causas plurimas et gravissimas, primo quoque tempore confectam cuperet, ex sententia animi Illustrissimae Celsitudinis vestrae.

Ne dubitet igitur Celsitudo vestra, quicquid sit in hoc negotio, id omne apud me depromere; ut, si quidem ea consilia procedunt, quae Celsitudo vestra statim initio suscepisse videbatur, omnia Majestatis Regiae auctoritate tanto magis promoveantur. Sin autem aliquid difficultatis inest, id vel expediatur auxilio Majestatis ejus, vel certe consilio ejusdem ita constituatur, ut, si hac non succedit, alia rem aggrediamur via. Cupit enim plane Regia illius Majestas Celsitudini vestrae animum suum benevolentissimum in hoc negotio ita probare, ut Illustrissima Celsitudo vestra non solum in praesens, sed etiam in futurum intelligat, se, Majestate ejus Regia non tantum ut fideli rege et amico, sed etiam prorsus ut patre amantissimo usam esse. Quo magis vicissim Illustrissima quoque Celsitudo vestra praestare debet, ut et initia, et progressus omnis, et exitus ipse denique totius hujus negotii, nonnisi conscia et auctore Majestate ejus Regia suscipi, geri et denique in universum constitui videatur.

Etenim si quid forte sit quod spem Illustrissimae Celsitudinis vestrae de affinitate ejus familiae, ad quam Celsitudinis vestrae animus inclinabat, debilitare videatur, sive propter temporis prorogationem diuturniorem, sive propter aliquas alias difficultates objectas, non deerunt rationes Majestati ejus, honestum hoc et pium desiderium Illustrissimae Celsitudinis vestrae ita explere, ut vel hac, vel alia non minus honesta, nec minus Celsitudine vestra digna conditione, Celsitudini vestrae prorsus satisfiat. Tollat modo Illustrissima Celsitudo vestra motus omnes, et omne studium animi sui ad hoc negotium ita applicet, ut studium et diligentiam Sacrae Regiae Majestatis, studio et diligentia sua prosequatur, nec negotium ipsum in longiora tempora differi ac procrastinari patiatur.

Equidem cum secum Majestas ejus Regia diligenter omnia expendit, quae ad statum et conditionem Celsitudinis vestrae et terrarum istarum recte constituendam expendi debuerunt, ita judicat. Si quidem interest, uti certe plurimum interesse Illustrissimam Celsitudinem vestram matrimonium aliquando

inire; illud maxime prope modum omnium interesse, diutius eam caelibem non vivere, sed quamprimum ad honestissima ista et jucundissima matrimonii connubia transire.

Videt enim Illustrissima Celsitudo vestra, in quas hoc tempore angustias illustris admodum Brandeburgica familia devenerit, omnem ut prope modum posteritatis spem in una Celsitudine vestra et Illustrissimo Domino Electore [1]) videatur posuisse. Cujus certe expectationi Illustrissima Celsitudo vestra, pro sua parte, deese non debet: quin potius eo contendere debet et eniti, ut vita, ipsa sua honeste, tranquille, jucunde collocata, etiam familiae suae posteritati serviat et vitam, quam a majoribus suis accepit, etiam ad posteros transmittat.

Quaequidem omnia rectissime et facillime succedent, si modo Illustrissima Celsitudo vestra candide animum suum Majestati ejus aperuerit, et quid hactenus in iis rebus actum aut confectum sit, apud me libere exposuerit.

Postremo, non vult latere Majestas ejus, Illustrissimam Celsitudinem vestram, indixisse se diebus istis regni sui comitia, ad diem Sanctorum Trium Regum, in anno proxime insequente, idque tum propter domesticas quasdam rationes constituendas, tum vero inprimis propter providendas eas difficultates, quae foris, multis ex locis, regno atque dominiis Majestatis illius videntur imminere.

Quamobrem quandoquidem Illustrissima Celsitudo quoque vestra ad regnum Majestatis illius, uti princeps regni illius, pertineat, dabit operam, ut ipsa quoque tempestive cogitationem ejus rei suscipiat, et quibus potissimum rationibus tantis periculis et difficultatibus obviam iri possit, secum etiam atque etiam deliberet.

Videt Illustrissima Celsitudo vestra, quam totus propemodum tumultuetur orbis Christianus, cujus sane contentiones et tumultus quorsum tandem erupturi sint, Deus viderit; nos

---

[1]) Jan Jerzy, Elektor Brandeburski.

quidem exardescentibus his, et veluti arcu quodam in communem orbis terrarum perniciem intentis minime oportet esse imparatos.

Jam autem privatim quoque quae attingant pericula regnum et provincias Majestatis illius, non ignorat procul dubio Illustrissima Celsitudo vestra, quam varii et quam potentes hostes, quam pauci et quam dubii amici: omnis ut propemodum spes conservandi nostri in nobis ipsis esse reposita videatur.

Nam, ut cetera omittam, istae quidem ipsae Prussiae terrae, quibus summa Regiae Majestatis et omnium regni ordinum voluntate et assensu Illustrissima Celsitudo vestra praeest, et utinam quam diutissime praesit, quibus in discriminibus versentur non est ignotum: cum nec perpetuus ille earum hostis Teutonicus Magister [1]) conquiescit, et nova quaedam aliorum quorundam regum et principum consilia quotidie emergunt, in internitionem earum instituta. Nam et mare infestum redditur a nonnullis vicinis regibus, qui sibi ejus dominium, etiam intra Majestatis Regiae littora usurpare velle videntur, et auxilia potentiorum ad constabiliendum ejusmodi dominium Majestatis Regiae in mari tolli et servitus inaudita tum Majestatis illius, tum Celsitudinis vestrae portubus ac emporiis imponi possit.

Quae res, si, quod absit, eum quem adversarii cupiunt exitum habuerit, videt Illustrissima Celsitudo vestra, in quas angustias redigantur, cum ceterae partes regni Majestatis illius, tum Prussia inprimis atque Livonia, quarum duarum provinciarum salutem et libertatem, uti olim Illustrissimus Celsitudinis vestrae parens praecurare et tueri consilio suo cum Regia Majestate communicato nunquam dubitavit, ita Illustrissima quoque Celsitudo vestra committere non debet, ut in hoc genere studium suum defuisse videatur: praecipue, ut dixi, imminentibus his regni comitiis, in quibus eandem deliberationem

---

[1]) *Jerzy Hund von Menkheim.*

Majestas Regia cum universis regni sui ordinibus est susceptura.

Inprimis autem illud perpendat Illustrissima Celsitudo vestra, quanam potissimum ratione aggrediendum esse existimet negotium pacificationis, quod Caesarea Romana Majestas suscipere velle se ostendit, inter sacram Regiam Majestatem regnumque Majestatis illius, et inter hunc istum Teutonicum Magistrum, de terris Prussiae contendentem. Eo enim res haec jam processit, ut ex his demum comitiis, quae instant, promiserit Majestas Regia se Caesareae Majestati significaturam de omnium regni sui ordinum consilio, utrum eam pacificationem suscipi et ecquonam modo, et per quos, et ubi, et quo tempore tractari velit. Quibus de omnibus rebus Majestas illius quoniam sententiam quoque Illustrissimae Celsitudinis vestrae avet cognoscere, idcirco de his nunc per me ad eam referre voluit, ut Illustrissima Celsitudo vestra possit de omnibus tempestive cogitare.

Varsaviae 20 Septembris.

Legatio secretior.

Si Orator noster ex responso I. D. Prussiae Ducis cognoverit, aut nihil in causa matrimonii I. ipsius in domo familiae Clevensis hucusque actum fuisse, aut vero rem ipsam eo loco esse, ut aut pro desperata haberi aut difficultatibus multis involvi, aut saltem in longum extrahi videatur, tum e re nata, breviter repetitis rationibus iis, quae ad accelerandum hoc negotium I. ejus maxime inflammare posse videbuntur, sensim ac paulatim eo rem deducet, ut I. ejus animum incendat ad affinitatem cum Illustribus Pomeraniae principibus contrahendam.

Quorum principum tum vetustatem familiae, tum etiam eas necessitudines, quibus regiam nostram familiam proxime

attingunt, maximam dignitatem esse dicet allaturas ad hoc matrimonium I. ejus: tum vero eam vicinitatem, qua ducatui I. ejus sunt conjuncti, et ex vicinitate eam opportunitatem maximo praesidio esse futuram temporibus perpetuis, ad omnes casus I. ipsius et terrarum illarum: cum omnino vere admodum dictum sit, meliorem esse vicinum propinquum ipso etiam fratre longe constituto. Esse dicet in illa familia virginem, ea aetate, forma, moribus quae I. ipsius inprimis placere posse videantur, cum propter alias singulares et proprias dotes ipsius, tum propter recentem memoriam Philippi patris, Pomeranorum principis, cujus virtus nullum non imperii Christiani terminum fama sua videtur peragrasse.

Quamobrem si ita velle I. ejus viderit, dicet se a nobis habere in mandatis, ut inter alia de quibus est ad I. I. Pomeraniae Principes nostro nomine ablegatus, etiam de ejusmodi affinitatis vinculo cum I. I. eorum, nostro nomine agat et rem ita per Dei gratiam conficiat, uti I. ejus maxime omnium velle videbitur. Quod quidem si I. ejus persuasum fuerit, geret se Orator noster in hoc negotio cum I. I. Pomeraniae Principibus, tractando sic, uti et dignitas nostra et voluntas I. D. Prussiae principis exposcet.

CLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Jest wola i rozkazanie nasze, o którem chcemy abyście przed nikim nie wspominali. Gdy wam dojdzie do rąk ta intrata dukatów 43 m. roku tego 1571, jakoż mamy nadzieję, iż wam oddana będzie w krótkim czasie, ponieważ i czas dawno przeszedł in Aprili, na który wam oddana

być miała i Król Hiszpański [1]) teraz rozkazuje przez list Vicerегi [2]), aby ją bez omieszkania zapłacić kazał, tedy chcemy i rozkazujemy wam, abyście provisionarios na słowie dzierżąc, pieniądze wszystkie przy sobie mieli aż do dalszej nauki naszej. Nie płacąc prowizyi żadnemu innemu, jedno komu będzie osobne rozkazanie nasze, które jeśli się wam przez tę postę nie będzie mogło posłać przez insze zabawy nasze, tedy się potem pośle, iż wiedzieć będziecie, komu a wiele dać mieć będziecie. Na ten czas dosyć, iż pieniądze przy sobie wszystkie zatrzymacie, nie sprawując się provisionariis dla czego to czynicie. Secus pro gratia nostra D. tua non factura.

Dat. Varsaviae die 26 Septembris 1571. Regni vero nostri 42.

CLIV.

Salvus conductus.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Nos, certis de causis et propter consiliariorum nostrorum preces, suscepisse in patrocinium et defensam nostram honestam Margaretam viduam post obitum Felicis Klis Civis Cracoviensis relictam, eique salvum conductum nostrum regium et omnimodam securitatem a vi et potentia dedisse, qua freta possit libere et tuto, absque quovis impedimento et perhorrescentia quarumcumque personarum, ubique in Regno nostro, maxime vero in civitate nostra Cracoviensi, versari, exire, morari, cum creditoribus transigere, pecuniam debitam exigere et omnia negotia sua licita et honesta agere, exercere et conficere, persona rebusque suis omnibus sub nostra protectione regia salvis permanentibus, nihil etiam litteris nostris, si quae forte in contrarium emanarint, obstantibus.

---

[1]) Filip II.

[2]) Antoni Granvelle, Wicekról Neapolitański.

Quapropter omnibus ad quos hae litterae nostrae pervenerint, id denunciantes, severe praecipimus et mandamus omnino habere volentes, ut hunc salvum conductum nostrum in omnibus ejus punctis, clausulis firmum esse velint et conservent, ipsique ac rebus ejus omnibus nullam vim et violentiam ac injuriam, per se, vel per interpositas personas et quibusvis auctoribus, inferre audeant neque a quoquam inferri patiantur, immo, pro officio suo prohibeant. Volumus autem has litteras nostras ad arbitrium nostrum durare. Volumus praeterea quoque per Magistratus, qui eo nomine fuerint requisiti, praesentes publicari ac voce praeconis, de more, proclamari curari.

Varsaviae 22 Septembris.

CLV.

Sigismuudus Augustus etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsuli et Consulibus Civitatis nostrae Cracoviensis, f. n. d. Gratiam nostram regiam. Spectabiles et famati f. n. d. Expositum est nobis nomine honestae Margaretae viduae post obitum famati Felicis Klis civis Cracoviensis relictae, quod cum ipsa, jubente marito, ad nundinas extra regnum profecta esset, interimque maritus ejus Cracoviae moreretur, quidam ex concivibus F. vestrarum creditores mariti hujus defuncti, contra privilegia istius civitatis, quibus cautum est, ne alter contra alterum ex civibus, in alieno et extraneo foro, agere et jure experiri audeat, sed omnes controversias suas in civitate et loco domicilii sui dijudicari permittant, statim post obitum mariti, res et merces ipsius in oppido Monte Tarnowskie dicto, invocato ad id officio extranei magistratus, arestaverunt et hucusque ibidem arestatas detinent, tantisper, donec ipsis id, quod deberi sibi a marito defuncto praetendunt, recte fuerit persolutum, nec iis contenti incarcerationes etiam et alia ejusmodi deterrendi ipsius mulieris causa jactant et minantur, eamque, nulla habita dotis et

reformationis ipsius ratione, conquiescere minime patiuntur. Itaque supplicatum est nobis, ut iis rebus pro officio nostro providere dignaremur. Nos itaque nolentes primum privilegia Civitatis hujus a quoquam subditorum nostrorum violari, deinde nolentes etiam subditos nostros alieno et extraneo in foro litigare, cum unicuique intra regnum nostrum jus et justitia competenter administrari possit, mandamus F. vestris omnino habere volentes, ut statim his visis litteris nostris, Joanni Vaxman, Balthasari Gerstman, ac aliis creditoribus defuncti Felicis, qui res ac merces praefati Felicis Klis aresto in extranea terra ac jurisdictione supposuerunt, severe praecipiatis et eos auctoritate et officio vestro adigatis, arestationem hujusmodi ante omnia ut tollant et tolli jubeant, resque arestatas eliberent et in regnum civitatemque nostram Cracoviensem transportare libere permittant, atque cum dicta Margareta non ullo alio modo, quam aut amicabili compositione, quod illa maxime cuperet, aut legitima juris ratione, si aliter fieri non poterit, agant et transigant, agereve et tractare praesumant. Et quoniam eam dotem et reformationem suam in bonis ac mercibus defuncti habere dicitur, ante omnia provideant Fid. vestrae, quantum de jure fuerit, ut dos ac reformatio ipsius ita per officium F. vestrarum provideatur, ne ipsa ex litibus ejusmodi forte cum creditoribus susceptis, damni aut detrimenti aliquid in dote ac reformatione sua patiatur.

Dat. Varsaviae 22 Septembris 1571.

CLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et Famatis Advocato et Scabinis juris supremi Maideburgensis Castri Cracoviensis, f. n. dilectis. Gratiam nostram regiam. Spectabiles et famati f. n. d. Supplicatum est nobis per certos Consiliarios nostros nomine honestae Margaretae viduae uxoris olim Felicis Klis Civis Cracoviensis, ut

ei, si se gravatam judicio vestro senserit, liberam appellationem ad nostrum tribunal, celerioris et facilioris expeditionis causa, faciamus et a judicio sex civitatum eximamus, ad vosque hac de re litteras nostras daremus. Quapropter mandamus vobis omnino habere volentes, ut si a sententia Judicii vestri provocare ad nos velit, eam ne impediatis, ejusque appellationem hujusmodi, non eam ad judicium sex civitatum remittendo, admittatis, sub gratia et gravi indignatione nostra.

Dat. Varsaviae 22 Septembris A. D. 1571.

CLVII.

Sigismundus Augustus etc.

Praefecto oppidi Tarnowskie Góry.

Generose s. n. d. Perlatum est ad nos, Famatos Joannem Waxman, Balthasarum Gerstmann Cracovienses et Valentinum Gedanensem cives, subditos nostros, creditores vero famati olim Felicis Klis civis Cracoviensis subditi quoque nostri, cum honesta Margareta uxor hujus Felicis, jubente marito, ad nundinas extra regnum profecta esset, interimque maritus ejus Cracoviae moreretur, statim post obitum mariti, res et merces ipsius, in oppido Montes Tarnowskie dicto, cui Sin. vestra praeest, officio istius oppidi adhibito, arestasse et hucusque arestatas isthic detinere, nec eas in regnum ac in civitatem nostram Cracoviensem quam incolunt et in qua jus suum persequi, secundum privilegia sua, deberent, transportare patiuntur, tantisper, donec ipsis id, quod deberi sibi a marito defuncti praetendunt, integre persolutum sit. Quod quidem nos juri et pactis communibus contrarium esse censentes, hortamur Sin. vestras, ut res eas arestatas et detentas libere ac secure Cracoviam civitatem nostram, quam uxor et creditores defuncti Felicis inhabitant, transportari permittat, arestatio-

nem, si quae est, tollat, ac partes ipsas ad jus suum forumque proprium remittat. Factura rem aequam et pactis communibus consentaneam.

CLVIII.

Consiliariis Ducis von Ansbach.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifici et strenui s. n. d. Expositum est nobis, cives quosdam Cracovienses ac subditos nostros res ac merces famati Felicis Klis Civis Cracoviensis subditi nostri nuper defuncti, cum quibus honesta Margaretha uxor hujus, vivente adhuc marito suo et jubente, ad tempus nundinarum profecta erat, statim post obitum ipsius in oppido Montes Tarnowskie dicto, cujus Sin. vestrae superintendentiam et summam procurationem gerunt, officio Magistratus istius oppidi adhibito, arestasse et hucusque arestatas detinere. Quod quidem cum et contra jus commune pactaque ac confederationes nostrarum et Caes. Majestatis ditionum factum est, praeterea etiam cum partes utraeque ad jus nostrum jurisdictionemque pertineant, hortamur Sin. vestras, ut res eas arestatas et detentas eliberari, libere exportare ex oppido isto et in regnum nostrum, civitatemque nostram Cracoviam reportare permittant, partesque ipsas jus suum in foro suo quaerere et reposcere jubeant.

Dat. Varsaviae 22 Septembris 1571.

CLIX.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [1] et Lucae Podoski.

R. in Christo pater sincere et venerabilis d. n. d. Daliśmy

[1] Adam Konarski.

byli znać Ks. Podoskiemu przeszłego roku listem naszym de data in Martio, iż Król Duński [1]), z którym pakta i przymierza stare i nowe mamy, zabrawszy nam przez Armiralla swego kilanaście naw na morzu i z Frajbitermi naszemi, które chowamy tak wiele dla bezpieczności inszych państw Chrześciańskich od Moskiewskiego [2]), jako dla bezpieczności państw naszych, przerzeczone Frajbitery zawiózł był do Danii, a gdyśmy dla tego posłańca naszego do niego posyłali, nie tylko naw nie wypuścił, ale i posłańca naszego przedsię nie przypuściwszy, nie prawie z trefnym odpisem odprawić go kazał. Jako to wszystko w dobrej pamięci mieć możecie.

Teraz zaś temi czasy potkały nas od niego trzy rzeczy jedna po drugiej, z których się znaczy niedobry jakiś umysł jego przeciwko nam i ziemiom a poddanym naszym. Albowiem naprzód, najechawszy Armirallo jego port nasz własny Pucki [3]), w którym in statione natenczas były nawy i Frajbiterowie nasi, i nawy i Frajbitery same pobrał, i do Danii zawiózłszy, haniebnie ich ośm a dwadzieścia potracić dał, na większy despekt nasz, nie tylko nie opowiedziawszy nam ten Król przedtem nieprzyjaźni żadnej, ale jeszcze posławszy do nas prawie przed tym czasem posłańca swego, żądając nas przyjacielskim obyczajem o konie pod żywot swój.

Potem zasię niedługo takież Armirallo jego podjechał zbrojno prawie pod port nasz Gdański, domagając się drugich Frajbiterów, aby mu je wydano, czyniąc przegróżki, gdzieby mu ich nie wydano, żeby ich nietylko w porcie, ale i na rynku Gdańskim szukać chciał etc. Gdzie acz nic innego zwyszyć [4]) nie mógł, jedno to co groził, jednak te takowe rzeczy,

---

[1]) Fryderyk II.

[2]) Iwan Groźny, W. X. Moskiewski.

[3]) Pucko, miasto portowe nad zatoką morza Baltyckiego w Województwie Pomorskiem.

[4]) Zyskać, wygrać.

do czegoby napotem przyjść mogły, każdy snadnie obaczyć może.

Nakoniec temi czasy dano nam znać, iż w Orisundzie, gdzie ma klauzę swoję, zahamował i aresztował dziesięć okrętów z sobą, które są Gdańszczan poddanych naszych, których naw, jako się słyszeć dawa, puścić nie chce, ale z nich i z drugich, które się przedsię hamować Gdańszczanom i aresztować grozi, chce nagradzać szkody przez Frajbitery nasze uczynione poddanym jego, którzy przeciw zakazaniu naszemu do Narwy portu Moskiewskiego jeździli, dodawając potrzeb Moskiewskiemu, tak naszemu, jako wszech innych, którzyby jedno zwierzchności jego nie wyznawali, nieprzyjacielowi głównemu.

Lecz co się tego Narewskiego portu dotycze, dawaliśmy to i wam i Cesarzowi J. M. [1]) nie jeden raz tak przez was jako i przez insze posły i listy nasze znać, a nie tylko Cesarzowi J. M., ale i temu istemu Królowi Duńskiemu i inszym panom a Królom Chrześciańskim, iż my przestrzegając w tej mierze tak naszych jako na potem i drugich ziem a państw Chrześciańskich bezpieczności, nie możemy żadną miarą dopuścić tego żeglowania, ale iż go bronić chcemy wedla możności naszej na tem morzu, gdzie się brzegi nasze ściągają. Za którem opowiadaniem naszem, acz już każdy, któryby tam do tego Narewskiego portu jechać się ważył, a o jaką szkodę przez sługi nasze przyszedł, nikogo innego jedno sam siebie winować nie może; jednak abyśmy każdemu sprawiedliwość naszę w tej i w każdej mierze pokazali, nie byliśmy od tego, dla pokoju a dobrego Rzeczypospolitej, aby ta rzecz od Kommissarzów obojej naszej i Duńskiej strony uznana była w Stralzundzie na dzień przeszły Śgo Jana, tak jako się było przez spólne Kommissarze, tak nasze jako jego i takież J. C. M., w Szczecinie na końcu roku przeszłego 1570 namówiło. Lecz Król Duński i do tego Stralzundzkiego zjazdu mieć się nie

---

[1]) Maxymilian II.

chciał, tak jako nam jaśnie napisał, i o krzywdach poddanych naszych nic, tylko o krzywdach samych poddanych swoich mówić chciał.

A tak przełożycie i te wszystkie krzywdy a doległości nasze od tego Króla przed Cesarzem J. M., okazując J. C. M. i niewinność i nieskwapliwość naszą do żadnej rzeczy, któraby słusznie Chrześciaństwo zamięszać mogła. Żeby J. C. M. jako przedni pan w Chrześciaństwie zabiegać temu raczył, aby pod tym złym a niebezpiecznym czasem raczej miłość a zgoda, niż co innego między Królmi a Pany Chrześciańskiemi być mogła. Alioqui niechajby J. C. M. uważył, jakoby liga albo porozumienie między sobą panów Chrześciańskich przeciw wspólnemu nieprzyjacielowi być mogło, gdzieby się tak jeden z drugim waśnił, jeden na drugiego targał, jeden z drugim nieprzyjacielskie obchodził.

Co się Narwy dotycze, dla której samej wszystka ta burda między nami i Królem Duńskim urosła, niechajby to J. C. M. mimo insze rzeczy, któreśmy po te czasy do uszu J. C. M. w tej mierze donosili, tak przez was jako i teraz niedawno przez własnego posła J. C. Mości, P. Marszałka Czeskiego [1]) u siebie uważył, iż tem żeglowaniem do Narwy tak się nie tylko zbogacił, ale prawie wzmocnił do tych czasów Moskiewski, iż temu morzu naszemu Balthico silen być bardzo już poczyna, tak iż mając rzemieślniki, jako już ma z Anglii, z Francyi i zinąd, buduje gwałtowne triremes, które na przyszłą wojnę na to morze nasze puścić i wyprawić chce, z wielką mocą. Tak, iż snadnie każdy obaczyć może, gdzieby się przytem ostać miał, jakoby wszystkim tym tu stronom, tym samym, groźny i silny być mógł. Albo gdzieby więc pod czyją inszą moc przyszedł, jakoż i Tatarzyn niepomału go temi czasy nawątlił i Turek, jeśli o kim inszym, tedy o nim bardzo myśli, jakoby to każdemu temu nieprzyjacielowi krzyża świętego, wielka pogoda i wielka opportunitas się otworzyła, ku zniewoleniu i wynisz-

---

[1]) Berthold de Leip in Krumau.

czeniu i opanowaniu tych stron wszystkich, gdzieby tego portu Narewskiego tak gotowego dostał.

Co wszystko i wiele innych takowych rzeczy J. C. M. u siebie uważywszy, niechajby się o to starał co najrychlej, jakoby ta nawigacya Narewska tak szkodliwa i niebezpieczności wielkich a prędkich pełna, co najrychlej zawarta a zahamowana była.

Nam nie lza jedno te niebezpieczeństwa opowiadać i im wedla możności naszej zabiegać. Gdzieby więc co inszego te kraje ztąd potkało, niźli my życzymy, niechajby J. C. M. i wszyscy pamiętali przestrogi nasze, które już od niemałego czasu czynimy u panów, miast, Królów przyległych, a nakoniec tak często i gęsto u J. C. M. samego.

Dat. Varsaviae die 26 Septembris A. D. 1571.

CLX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. frater charissime et honorande. Nie mam co na ten czas W. M. pisać nad to, co się przedtem pisało. Z listu Króla J. M. co się tu około nas dzieje, wyrozumiesz W. M. Sejm złożyliśmy na Trzy-Króle. Panie Boże daj, aby ku dobremu Rzeczypospolitej. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

CLXI.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Jest tego wielka potrzeba, abyś W. M. około tych pieniędzy, które temi czasy przyjdą do ręku

W. M., tak postąpił jako W. M. z listu Króla J. M. wyrozumiesz. A tak acz nie potrzeba W. M. w tem upominać, jako się W. M. masz zachować, wiedząc i mając w ręku rozkazanie pańskie, jednak ex abundantia amoris mei przeciw W. M., chciałem to W. M. z osobna tym listem swym dać znać. Z tem W. M. życzę wszystkiego dobrego.

Dat. Varsaviae die 26 Septembris A. D. 1571.

CLXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Daniae.

S. Principi domino Friderico secundo etc. Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. S. princeps domine amice frater et foederate noster charissime. Etsi satis magna est acerbitas earum rerum, quae proxime ad S. vestram per Nuntium ipsius et Cubicularium nostrum de audacia et insolentia praefecti classis S. vestrae perscripsimus, quae tum invadendo portu nostro Pucensi, indeque servitoribus nostris violenter abducendis et ultimo supplicio afficiendis, tum vero postea Gedanensi ipso portu nostro minis atque terroribus infestando, plus satis apparuit: tamen ea etiam novis quibusdam non satis gratis rumoribus augeri indies ac cumulari videtur. Nam post discessum Nuntii S. vestrae et Cubicularii nostri ad S. vestram, affertur ad nos, naves decem sale onustas, quae naves sunt Gedanensium subditorum nostrorum, Orisundi in faucibus ipsis, quae sunt ditionis S. vestrae, arestatas, detentas et pignoratas esse a praefectis S. vestrae, hactenusque ibi detineri, magno eorum subditorum nostrorum detrimento, quorum sunt propriae, nostra autem quoque non vulgari indignitate et summa cum pactorum nostrorum communium injuria; quae libertatem communium commerciorum inter subditos nostros communes, honestam mercatu-

ram exercentes, nec usquam in hostiles terras proficiscentes, magnopere tuentur. Equidem et haec et illa, conscia S. vestra fieri, persuadere nobis non possumus, hoc praecipue tempore, quo non modo nihil ejusmodi denunciatum nobis a S. vestra, sed etiam amicissime officium nostrum ab S. vestra expetitum est, in mittendis equis S. vestrae pro usu ipsius. Quod quidem nos etiam facturi jam fueramus pro nostra erga S. vestram perpetua benevolentia, nisi ejusmodi voluntas nostra et promptus ad gratificandum S. vestrae animus fuisset ejusmodi rumoribus retardatus. Quod cum ita sit, non dubitamus etiam S. vestram memorem et officii sui et constantis nostrae erga se benevolentiae, et vero communium praecipue pactorum nostrorum, severe, uti oportet, audaciam hanc et temeritatem tantam praefectorum suorum vindicaturam esse, cum liberandis his quae detentae et arestatae sunt Gedanensibus navibus, tum vero multo magis in satisfaciendo de affectis supplicio servitoribus nostris, nihil ejusmodi commeritis. Nam quod ii quidem custodiam maris nostri ita tuentur, ut transitum privatorum hominum ad communem et nostrum et omnium liberarum nationum, inprimisque totius hujus maris accolarum, hostem Moscum prohibeant, id quidem mandato nostro intra littora nostra faciunt. Qua de re nos non modo saepius S. vestram certiorem antea fecimus, verum etiam operam eorum in impedienda paulo ante Suedica navigatione, non ingratam fuisse S. vestrae meminimus. Et vero quicquid ejusmodi fuerit, illi quidem qui imperata solum modo nostra faciunt, extra culpam sunt; in re ipsa si quid S. vestrae displiceat, id quidem nobiscum fuit ipsi S. vestrae transigendum et non statim privata praefectorum S. vestrae auctoritate supplicium ex servitoribus nostris expetendum. Nos autem et illo quidem tempore, quo communibus Commissariis nostris dies ad 24 Junii praeteriti Stralsundi dicta fuit, parati fuimus de jure ac rationibus nostris respondere, nisi is conventus a S. vestra, contra quam institutum et conclusum Stetini fuerat, repudiatus fuisset; et deinceps quoties ad eam rem, communi nostro consilio

Commissarii designati fuerint, S. vestrae de omnibus, ut arbitramur, satisfaciemus, si nobis quoque vicissim de nonnullis rebus satisfieri ab illa videbimus. Non modo enim a controversiis omnibus, cum amicis principibus, exercendis, studiose abhorremus, sed etiam amicitiam quidem et vicinitatem S. vestrae uti semper amplexi fraterne fuimus, ita etiam deinceps, dum id S. vestrae non ingratum esse viderimus, amplectemur. Gedanenses quod attinet, ii quidem subditi nostri sunt, nec facere profecto ea non debent, aut etiam non possunt, quae a nobis imperantur. Itaque et receptum servitoribus nostris, iis qui custodiam maris nostris tuentur, velint nolint praebere necesse habent in civitate sua, quoties id mandamus, et quominus illi ad obeundas custodias suas mandato nostro excurrant, prohibere etiamsi velint, non possunt. Nec enim eorum jurisdictioni eos servitores nostros subdidimus, quos ad custodiam maris nostri adhibuimus, sed de industria novos ad eam rem magistratus et Commissarios nostros creavimus (in quibus sunt etiam consiliarii nostri) qui insolentiam eorum custodum, si qua fuerit, cohibeant et omnibus querentibus de illis jus dicant. Quo fit, ut Gedanenses quidem, ob causam custodum et speculatorum istorum, etiamsi quid forte illi peccent, plecti minime debeant: cum quorum civitate, quoniam S. vestrae privata etiam pacta, communibus nostris non absimilia, intercedere dicuntur, hoc magis S. vestra praestare debet, ut eorum navibus ultro citroque liber pateat semper commeatus per ditiones S. vestrae. Itaque, ut et in praesentia naves eorum cum sale detentae liberentur, et ne deinceps impediantur aut pignorentur, amice et fraterne, communis nostrae bonae vicinitatis tuendae causa, a S. vestra postulamus. Quam bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae die 28 Septembris A. D. 1571.

CLXIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni. Martino Cromero.

R. D. amice charissime. Etiamsi R. D. vestra nihil ad nos scribat, jam inde ex eo tempore, quo illius Coadjutoriam plane stabilivimus, unde fit, ut quid isthic praeterea in eo negotio fiat aut geratur, scire nequeamus: tamen ego quacumque in re possum, non desum hic dignitati et securitati R. D. vestrae. Itaque hoc etiam tempore, cum jactarentur hic quidam de instituendo nescio quo conventu terrarum istarum, privata Palatinorum quorundam auctoritate, non praetermisi per eam occasionem facere mentionem Coadjutoriae R. D. vestrae apud Regiam Majestatem. Quae res quidem a Majestate ejus ita accepta est, ut scribendum sibi statim esse existimaverit ad universos illos Palatinos eo exemplo, quemadmodum ex hoc uno, quod mitto D. vestrae R., existimare poterit. Ipsae autem litterae subscriptae sunt manu Regiae Majestatis. Quo ipso videtur mihi quoque ad firmitudinem Coadjutoriae R. D. vestrae per multum accessisse, dum videlicet Consiliarii terrarum illarum intelligent, quo loco R. D. vestra a Majestate ejus habeatur. Mihi quidem non modo consilia eorum debilitatum iri videntur, si qui forte illorum sunt, qui hanc ipsius Coadjutoriam oppugnare in comitiis nostris cogitabant, sed etiam via planissime esse videtur adaperta, ut, si modo R. D. vestra jusjurandum praestiterit, possit fortassis etiam locum Episcopi in Senatu obtinere. Quamobrem quod antea quoque monui, videat etiam atque etiam de hoc jurejurando, ubi et quando illud praestare voluerit; aut vero etiam si quid praeterea nos sua causa facere velit. Ipsa enim in re praesenti existens, facile videre potest, ecquidnam negotia ipsius amplius requirant, quibus ego quidem, quoad maxime potero, nunquam sum defuturus. Bene valere R. D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 28 Septembris A. D. 1571.

CLXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Cikowski.

Generoso Stanislao Czikowski, Succamerario Cracoviensi, f. n. d. Gratiam nostram regiam. Generose f. n. dilecte. Opowiedziano przed nami imieniem szlachetnych Jana, Jerzego i Bernata Nideckich z Ptu Oświecimskiego, iż jako w innych rzeczach dosyć się im działo od urzędu W. T. do tych czasów, tak teraz zasię urząd W. T. Podkomorski już po kilkakroć czas, zwłaszcza ku skończeniu zaczętych granic między dobrami ich Nidkiem z jednej strony, a niejakim . . . . . [1]), z drugiej strony, z wielkiem bezprawiem, nakładem i też szkodami przerzeczonych Nideckich. Czego acz oni W. T. nie przypisują, jednak, iż jako każdy inny urząd, tak też i urząd W. T. Podkomorski na tem zasiadł i na to jest wysadzony, aby powinności swej dosyć czynił, a za rekwirowaniem poddanych którychkolwiek naszych, rządu i sprawiedliwości doglądał, aby jeden od drugiego w prawie pospolitem uciśnion nie był. Przeto W. T. rozkazujemy, koniecznie to chcąc mieć, abyś W. T. skoro jedno od tych to szlachetnych Nideckich będziesz niniejszym listem naszym rekwirowan, nie oglądając się na żadną inną rzecz, jedno na sprawiedliwość świętą a powinność swą własną, czas rychły a pewny złożywszy i strony ku temu przypozwawszy, około granic albo różnic między dobrami osób wyżej mianowanych, dalszy postępek nieodwłocznie uczynił i kopce sypał, i inne rzeczy wedle urzędu swego Podkomorskiego a biegu i prawa pospolitego exekwował, dalszych odwłok albo dilacyj w tej sprawie nie czyniąc, ale tak się sprawując jakoby zajścia między stronami co najrychlej koniec swój

---

[1]) Opuszczone.

miały. Pod łaską naszą i pod powinnością urzędu swego, którego jakośmy W. T. z łaski naszej zwierzyli, tak nie wątpimy, iż W. T. na to pamiętając, będziesz go tak używał, jakoby było ku zachowaniu pokoju, bez trudności naszej, między poddanemi naszemi, a k temu ku przysłudze W. T. do dalszej łaski naszej.

Dat. Varsaviae die 3 Octobris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CLXV.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Daniae.

S. Principi D. Friderico secundo etc. S. princeps d. amice frater et foederate noster charissime. Vix dum finitis nostris ad S. vestram prioribus litteris de arestatis et detentis decem navibus Gedanensium subditorum nostrorum per praefectos S. vestrae in faucibus Orisundensibus, affertur ad nos iterum, alias naves eorundem civium et quidem numero duplicato, aut etiam, ut scribitur, majore, detentas esse in iisdem faucibus per praefectos item S. vestrae, quae naves sale item et aliis ex Portugalia atque aliunde allatis preciosis mercibus sunt onustae. Quae res quidem aliae post alias, quam animo nostro cogitationem suppeditent, S. vestrae aestimandum relinquimus, quae, cum et ipsa per Dei gratiam sit regia dignitate praedita et regia in sede collocata, facile intelligere potest, quam grave sit audire querelas pene quotidianas innocentium subditorum suorum, a magistratibus et praefectis ejus Regis illatas, cum quo nobis amicitiae, affinitates, pacta, foedera et pleraque alia bonae vicinitatis jura intercedunt. Huc accedit, quod haec nobis quidem eveniunt eo tempore, quo nos non modo nihil de commutato S. vestrae erga ditiones nostras animo suspicari, sed etiam de constantia plane ipsius in mutua amicitia nostra, omnia nobis prolixius poteramus polliceri: quandoqui-

dem hoc ipso tempore, quo primum hae praefectorum S. vestrae injuriae ad nos adferri coeperunt, habebamus prae manibus non solum litteras S. vestrae amicitiae plenissimas recentissime ad nos scriptas, verum etiam equos ipsos, qui a nobis per easdem S. vestrae litteras pro amicitiae monumento postulabantur. Quibus sane ex rebus fit, ut incerti plane simus, quid cum de rebus ipsis, tum vero de animo S. vestrae statuamus. Etsi enim libentius omnia de S. vestra credimus, quae tum ad constantiam voluntatis illius tuendam, tum etiam ad mutuam nostram amicitiam conservandam pertinent, quando nos quoque et constantia dictorum factorumque nostrorum inprimis delectamur, et amicitiam S. vestrae plurimi aestimamus: tamen continuatae hae subditorum nostrorum querelae et quaedam alia, de quibus fraterne et aperte superioribus nostris litteris ad S. vestram perscripsimus, faciunt nos quodammodo earum rerum dubios et incertos. Quod cum ita sit, a S. vestra majorem in modum postulamus, ut vel naves quidem detentas dimitti, ac de reliquis injuriis nobis ac subditis nostris Gedanensibus satisfieri jubeat, quod sane inprimis omnium vellemus, uti et dignitati ac amicitiae nostrae mutuae et pactis ac foederibus communibus, et maxime tranquillitati Reipubl. Christianae consentaneum: vel quo tandem animo sit erga nos, subditosque ac ditiones nostras, S. vestra nobis aperiat. Quam bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae die 6 Octobris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CLXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Quod etsi communitas civium Varsaviensium omnium et singulorum eo privilegio gaudeat sibi specialiter concesso, ut hortos et suburbanas suas domos ab exceptione quorumvis hospitum liberas et exemptas habeat: ita

ut nemo eorum cogatur invitus hospitem aliquem in hortum aut in suburbanam domum suam recipere. Nihilominus tamen, habentes dignam rationem obsequiorum Venerabilis Andreae Patricii Nidecki, Archidiaconi Vilnensis, Custodis Clecensis et Sendomiriensis, Crusviciensis, Varsaviensis ac Poltoviensis Canonici, Secretariique nostri, quae obsequia nobis et reipublicae nostrae a multis annis cum summa fide et diligentia praestitit, et hactenus in Cancellaria nostra assiduo praestare non desistit, faciendum nobis ex abundantia quadam singularis erga illum gratiae nostrae esse existimavimus, ut hortum ipsius in suburbio Varsaviensi ante portam Cracoviensem e regione coenobii fratrum Bernardinorum situm, quem ipse, duobus hortis coëmptis, unum fecit et ex squallido ac inculto et prorsus neglecto excoluit, ac maceria, sepibus, aedificiis et aliis ejusmodi rebus instruxit et ornavit: ab omni onere excipiendorum hospitum liberaremus et eximeremus. Quemadmodum quidem ex certa scientia nostra, praesenti privilegio nostro, perpetuis futuris temporibus liberamus et eximimus, ita longe late et circumferentialiter, prout nunc metis atque terminis suis est distinctus: videlicet a fronte, via publica, quae est post postica domorum e regione coenobii Bernardini constitutarum; a tergo autem parte praedii, quod est famati Noe Braseatoris civis Varsaviensis; a lateribus porro, ex una quidem parte horto haeredum famati olim Stanislai Łyszcz, ex altera vero parte, horto famati Francisci Konwysar, civium Varsaviensium. Liberamus autem et eximimus sic, ut praedictus Andreas Patricius Nidecki et successores ejus in eum hortum et in aedeficia ipsius non cogantur, sive auctoritate, sive imperio, sive jussu ac mandato cujuscumque atque adeo ne nostro quidem, aut SS. successorum nostrorum, et omnino nulla excogitata ratione, hospites ullos contra voluntatem suam suscipere, cujuscumque illi status, generis, conditionis, eminentiae fuerint, sive nostrates, sive externi, sive domini ipsi, sive servitores eorum; etiamsi fuerint Consiliarii, Officiales, Secretarii, Aulici, Stipendiarii, Cubicularii, vel omnino familiares aut servitores quicum-

que, tam nostri quam SS. conjugis [1]) vel sororis [2]) nostrae ac successorum nostrorum: etiamsi denique fuerint externorum principum quorumcumque, sive Oratores, Internuntii, Agentes, sive etiam horum ipsorum familiares aut servitores, sive quocumque tandem nomine censeantur. A quorum omnium et singulorum exceptione liberi prorsus sint et immunes, tam comitiorum, coronationum, nuptiarum et quarumcumque solennitatum ac conventuum temporibus, quam extra quascumque solennitates ac conventus. Idcirco omnibus et singulis quorum interest, tam iis qui nunc sunt, quam illis qui deinceps futuri sunt, sive Regni, sive Ducatus Lithuaniae, sive etiam Curiae nostrae Marsalcis ac denique iis qui distribuendorum hospitiorum sive facultatem, sive curam habent, vel postea habebunt, quorum nomina hic pro expressis haberi volumus, denunciamus, notumque esse volumus, serio mandantes, ac omnino id habere volentes, pro gratia nostra, ne quid unquam contra hanc libertatem ipsi Venerabili Andreae Patricio Nidecki, ac ipsius successoribus per nos concessam, ullo modo attentare, committereve audeant, committive et attentari permittant, sed inviolatam integramque perpetuo tum ipsi conservent, tum si quis eam violare voluerit, firmiter conservari faciant. Quam et nos firmiter conservaturi et defensuri sumus, neque eam labefactari, scienter vel dissimulanter, permittemus, temporibus perpetuis, vel alias, donec aliqua alia ejusdemmodi hortorum aut domorum libertatio in regno nostro salva et integra permanebit. Quae omnia ipsi etiam SS. nostri successores praestabunt et praestare tenebuntur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, praesens privilegium manu nostra subscripsimus et sigillo nostri communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die 10 Octobris A. D. 1571. Regni vero nostri 42.

---

[1]) Królowa Katarzyna.

[2]) Anna Jagiellonka.

CLXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmieusi [1].

R. in Christo pater s. n. d. Quandoquidem Barrabas insciente prorsus P. vestra dimissus est, contra quam sperabamus, volumus, ut P. vestra premat interea et dissimulet tam suum quam nostrum dolorem et quicquid erit, quod istic dici audierit in sermonibus hominum de hac libertatione disserentium, ad nos perscribat. Deliberatum enim nobis est, aliquid tamen suo tempore facere, quod maxime ex dignitate nostra fore videbitur. De quo etiam ipsius P. vestrae sententiam expectamus. Ducentos quos in manus Equitis Ugolini olim dari jusseramus, ad onera ea subeunda, quae in Inquisitione necessaria fuerunt, eorum partem dimidiam datam fuisse accepimus et approbamus, nec quicquam reprehensionis aut suspicionis hoc nomine veremur, de animo, qui semper a nobis abfuit judicii corrumpendi. Dari enim jussimus, non ut aliquid inde ad praefectos Inquisitionis redeat, sed ut esset modo, unde sumptus suppetat, ad quaedam ejusmodi onera, quae, nisi praesente pecunia promoveantur, soleant fere in longissimum tempus extrahi. Nunc autem quoniam Barrabas elapsus est, nec quicquam necesse est sumptum praeberi ad rem promovendam, volumus, ut P. vestra reliquos centum retineat, nec eos cuiquam numerari jubeat, usque ad aliam informationem nostram. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 10 Octobris A. D. 1571.

---

[1]) Stanisław Hozyusz.

CLXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [1] et Podoscio.

R. in Christo pater, sincere et venerabilis d. n. d. Mieliśmy przeszłą postą respons Cesarza J. M., i z repliką od was na ten respons. Teraz zasię wzięliśmy na tę replikę drugi respons Cesarza J. M. Na wszystko damy wam znać wolą naszę przez drugą postę. A zatem niechajby jeszcze tam się J. X. Biskup pozadzierżał.

Dat. Varsaviae 10 Octobris 1571.

CLXIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice frater charissime et honorande. Gdy Ksiądz Kustosz Przemyślski [1] tam przez zimę zostanie jako W. M. piszesz, tedy to jest wola moja, aby i Franciszek synowiec mój został, tak, iżby potem z tymże Księdzem Kustoszem w komitywie jechał, kiedy on pojedzie. Listu na wina rozumiem, iż W. M. nie zapomnisz, a to rad słyszę, iż wina i dobre i tanie mieć będziem. O prowizyę W. M. tak rozumiem, iż najlepiej milczeć, ne invidiam concitemus albo jeszcze co gorszego. — O probostwie feci quantum potui. Już zapłacono arendę. In

---

[1]) Adam Konarski.

[2]) Może Ks. Bielski, o którym będzie wzmianka niżéj w innym liście Ks. Podkanclerzego, pod d. 21 Lutego 1572 roku.

reliquo i co mi pisał arendarz W. M., to W. M. wyrozumiesz z tego listu, którym oddał P. Miłoszewskiemu, aby go W. M. przesłał.

Wina moje włoskie już przyszły do Krakowa. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 10 Octobris 1571.

CLXX.

Idem.

Episcopo Posnaniensi.

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Nie mam na ten czas W. M. co pisać. Przez przyszłą postę będzie podobno większa okazya do pisania. Interea mentem R. Majestatis z listu J. K. M., który się W. M. obiema spólnie pisze, wyrozumiesz W. M. Z tem się W. M. łasce zalecam.

Dat. Varsaviae die 10 Octobris 1571.

CLXXI.

Idem.

Andreae Angeli.

M. Andrea mio charissimo. Otrzymałem zawiadomienie w tych dniach o wyexpedyowaniu dwóch beczek wina, które wysłaliście do Krakowa dla mojej piwnicy, stosownie do mego życzenia. Nie wątpię, że będzie dobre. Skoro odbiorę, nie omieszkam donieść W. M. o tem. Tymczasem życzę wszystkiego dobrego [1]).

W Warszawie 10 Octob. 1571.

---

[1]) Przekład z włoskiego.

CLXXII.

Idem.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Ego rebus omnibus R. D. vestrae nec defui unquam, nec, si me R. D. vestra patitur, unquam deero, verum si non modo gratiam nullam merebor, sed etiam de bono opere, ut dicitur, lapidabor. Domine quis sustinebit? Sarpaviensium limitationem et citationem adversus Magistratum Elbingensem mitto R. D. vestrae. De praesentatione sive mandato regio ad acceptandos eos, qui a R. D. vestra parochi constituti vel summissi fuerint, alias videbimus, nihil enim incommodi in hac tantula mora esse video. Dux Prussiae cum ceteris Marchionibus ad simultaneam feudi Marchionici investituram, ope et contentione summa S. R. Majestatis, admissus a Caesare est. A banno imperii absolvi necesse non habuit, quod in paterna tantummodo persona conclusum ad haeredem extensum non fuit. Contributionem regni videat R. D. vestra, ut summae curae habuisse videatur, ne tandem posteriora deteriora fiant prioribus. Bene valeat R. D. vestra.

Dat. Varsaviae die 13 Octobris 1571.

CLXXIII.

Idem.

Palatino Calissiensi [1].

Miłościwy panie Wojewodo. Zalecam przyjacielskie służby

---

[1]) Kasper Zebrzydowski.

swoje W M., życząc W. M. zdrowia i wszystkiego dobrego na długie czasy. Niedawno przedtem mówiliśmy tu o W. M. z Doktorem Patrycym, dobrym służebnikiem W. M., to co się godzi mówić przyjaciclowi dobremu o przyjacielu. Co wszystko na ten czas długoby wspominać. Tylko na list W. M. odpisując, któryś mi W. M. teraz pisał i na to zaraz com z P. Doktora Patrycego wyrozumiał, to W. M. znać daję, iż ja będąc, jakożem jest, dobrym a całym przyjacielem W. M., życzę ex animo W. M. omnes accessiones dignitatis et fortunarum i za służby dawne W. M. opatrzenia takiego od J. K. M., jakiego sobie W. M. sam życzyć raczysz. I do tego czyniąc takie praeparatoria u J. K. M., jakich potrzeba, najduję za łaską miłego Boga, tak dobrze Króla J. M. dispositum i tak dobrze persuasum de integritate et virtute W. M., iż mojem zdaniem nie wiele pracy będzie potrzeba przywodzić namowami swemi pana ku opatrzeniu W. M., by się jedno okazya jaka otworzyła, na którą okazyę czekając, już mi upominacza żadnego potrzeba nie będzie. Sam tu z Doktorem Patrycym porozumiewając się między sobą, będziem służyć W. M. Jednoć o okazyą idzie, za którą dalibóg nie wątpię, iż W. M. zaraz i pańską łaskę i moją chęć przyjacielską przeciw sobie będziesz poznać raczył. Z tem się w łaskę W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 16 Octobris A. D. 1571.

CLXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Augustano.

R. in Christo patri D. Othoni Truchses à Valdburg etc. R. in Christo pater domine amice noster charissime. Quo magis perspectum nobis est, P. vestrae res omnes nostras maximae curae esse, hoc magis excitamur non solum ad gratiam P. vestrae referendam, verum etiam ad communicandum cum

ea de rebus fere omnibus, quaecumque ad nos pertinere viderentur. Scripsimus proximis diebus ad R. D. Protectorem [1]) et Viceprotectorem regni nostri, de rebus nonnullis, quae nobis multis de causis curae non esse non possunt. Eas ipsas nihilo paucioribus de causis, visum est nobis communicare hoc tempore cum P. vestra, cujus officiis in omni genere perlibenter utimur. Quamobrem exemplum illarum litterarum e vestigio describi et ad P. vestram mitti mandavimus, ut ex exemplo ipso et cognosceret summam desiderii nostri, et simul viam rationemque teneret, qua sibi potissimum in promovendo negotio utendum esse arbitretur. Rem totam prudentiae et amori P. vestrae erga nos committimus. Interim autem illud profiteri non dubitamus, officia P. vestrae esse et fore nobis semper gratissima, quod ita esse, cum volet P. vestra, re ipsa poterit experiri. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 17 Octobris 1571.

CLXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [2]) et Lucae Podoski.

R. in Christo pater sincere et venerabilis d. n. d. Przypatrzywszy się tak pierwszemu jako i pośledniemu Cesarza J. M. na replikę waszę responsowi, tak widzimy, iż W. M., Księże Biskupie, już tam na ten czas nie potrzeba. A tak te rzeczy tylko z Cesarzem J. M. rozmówiwszy, przy bytności Księdza Podoskiego, o których w tym liście piszemy, tamże W. M. zarazem żegnaj i wyjedź W. M., nic nie mieszkając.

Jedna rzecz, aby ten list do Siedmigrodzkiej ziemie kazał J. C. M. bez mieszkania pisać.

---

[1]) Alexander Farnese, Kardynał Protektor Polski.

[2]) Adam Konarski.

Druga, aby go kopię rozkazał nam wydać, którą, gdy będzie gotowa, będzie nam potem Ks. Podoski mógł przez postę przesłać.

Trzecia. Gdyż się Cesarz J. M. scripto deklarować nie chciał, coby nam dalej czynić przyszło, jeślibyśmy za tem pisaniem J. C. M. ku temu co właśnie nam należy przyjść nie mogli, tedy saltem privatim in sermone et colloquio z J. C. M. wyrozumiej W. M. sententiam Majestatis ipsius około tego, cobyśmy dalej czynić mieli. Bo milczeć w tej mierze a nie chcieć tego dochodzić, co nam właśnie należy, sam to J. C. M. baczyć może, iż się nam nie godzi, gdyż nam multo meliori jure debetur restitutio dotis et contradotis, niźli snać co inszego.

Czwarta. Proś W. M. tamże Cesarza J. M., żeby jeszcze ex superabundanti tę sprawę Barską zalecił znowu de meliori nota Królowi Hiszpańskiemu [1]) przez P. Dietrishsteina [2]), a przełóż W. M. Cesarzowi J. M., jakie się nam w tej mierze bezprawia i despekty dzieją przez niemały czas, gdzie, będąc za łaską Bożą zawołania i stanu królewskiego, przedsię jako jeden najlichszy i najpodlejszy człowiek de facto, in dicta causa, spoliati sumus possessione feudi materni et aviti nostri, in cujus investitura nominatim etiam compraehensi sumus. A cierpimy to spolium już przez czternaście lat. Gdzie przez ten czas domawiając się ante omnia restitutionem, jako spoliati, nie tylko żeśmy czasu siła utracili, żeśmy pracy siła i nakładu podjęli, nie tylko, iż ex statibus illis nos legitime concernentibus, pożytki przez tak długi czas kto inszy bierze, ale jeszcze i tego do tych czasów odzierżeć nie możemy, aby nam ostatek pieniędzy naszych własnych, które z Baru do Neapolim, jeszcze skoro po śmierci nieboszczki matki naszej zabrano, zapłacić chciano i nakoniec in dubium venimus około census, które in Doana Foggiae kupione są niemałą summą Królowej nieboszczki matki naszej, czasu wielkiej a gwałtownej potrzeby Królestwa

---

[1]) Filip II.

[2]) Adam Dietrichstein, ambasador Cesarza w Hiszpanii.

Neapolskiego, które census nad wszelakie prawo z takim przepychem nam zadzierżawać poczynają, jakiego przepychu i przeciw kupcom w tej mierze, gdy im co winni, używać nie zwykli. Gdy się kto przeciwko nam lada z czem wyrwie, huet dekret za sobą i exekucyę a Magistratu Neapolitano przeciwko nam odnosi, a sami z siebie nam przez tak długi czas w żadnej rzeczy sprawiedliwości czynić nie chcą. Nakoniec tak nas traktują, iż na list nasz, który jakośmy pisali, już vigesimus mensis agitur, nic nam nie odpisują. Które rzeczy, gdyby kto uważyć chciał, nie baczymy, aby co nad nie obciążliwszego należć mógł. Prawda, iż ci się podobno nie wszystko za wiadomością Królewską w tej mierze dzieje, tak jako też to Cesarz J. M. przypominać raczy. Aleć i to ciężka zaprawdę, przez czternaście lat nie módz mieć sprawiedliwości ex ministris istis, którzy się czego ważą nad wolą królewską, a przedsię okrom tego najduje się to, co nie ministris, ale komu innemu przypisać się musi.

Co się tycze tego listu, któryśmy od dwudziestu miesięcy do Hiszpanii pisali, abyście i sami wiedzieli i Cesarzowi J. M. pokazali, co w sobie zamykał, posyłamy wam na ten czas kopię jego. Zkąd i prawo nasze i bezprawia, które się nam dzieją, i wielką skromność i cierpliwość naszą, iż się na same sumienie Króla Filipa w tej mierze przypuszczamy, J. C. M. obaczyć módz będzie. Gdzie, miasto sprawiedliwości i miasto responsu na te doległości nasze, to do tych czasów odnosimy, iż nas etiam responso simplici non dignantur.

Co się tycze odprawy przez P. Dietrichsteina, iż dopiero deliberować mają, utrum restituere teneantur, nec ne, nie wątpimy, iż takiej odprawie J. C. M. dobrze rozumieć raczy, gdyż ta deliberacya albo na on czas być miała, gdy nas z possessyi spoliowano, utrum scilicet spoliari debebamus nec ne, albo dzierżąc przez te czternaście lat status nostros, dawno się odprawić mogła, utrum scilicet restitui debeamus.

A też ta deliberacya na Carolum Quintum Imperatorem, po śmierci Ducissae Isabellae [1]) aviae nostrae, trudna być mo-

[1]) Izabella Arragońska, matka Królowej Bony.

gła, bo jeszcze feudum nie było, tak jako dziś jest privilegio confirmatum et gratiis majoribus ampliatum, ale dziś trudności żadnej mieć nie może. A wżdy on święty, sprawiedliwy, dzielny Cesarz intra vertentem annum wszystkie one trudności odprawił, a dziś gdzieby inszego nic nie potrzeba, jedno acta priora conservare et paterna vestigia imitari, tak długiemi deliberacyami nas odprawują.

A tak zaprawdę trzebaby, aby J. C. M. (ponieważ się sam z chęci swej do tego ofiaruje, za co imieniem naszem J. C. M. podziękujcie) tak tę rzecz już tandem zalecić tam raczył, jakoby nas na tych niepotrzebnych deliberacyach dłużej nie dzierżano, a jakoby ten intuitus Majestatis ejus, który verbis venditatur, re ipsa et effetcu pokazać się mógł, po tak długich zwłokach. Co my J. C. M. omnibus verissimi et amantissimi fratris studiis et officiis zadziaływać będziemy. Upominać nas raczy J. C. M. pro sua erga nos benevolentia, aby się teraz, jeśli kiedy, pilność działa w tej mierze z strony naszej. Ale my zaprawdę nie rozumiemy, jakoby większa dziać się miała, gdyż i pracy i nakładu nie litujemy, i dla tej samej rzeczy kilka agentów i sług naszych chowamy, nakoniec J. C. M. z wielkim wstydem naszym tak długo molestujemy.

Już tę rzecz wszystką nie lza jedno Panu Bogu a Cesarzowi J. M. poruczyć. Nie wątpiąc, iż saltem intuitu J. C. M., inaczej nas odprawować będą, Bo zaprawdę, gdziebyśmy napotem nic innego nie odnosili, jedno takież zwłoki, jako po te czasy, mogą nas ludzie za Ultramontany rozumieć, ale coby na potem ta rzecz nabroić mogła, toby potem czas sam pokazał.

Piszemy też do P. Dietrichsteina, dziękując mu za życzliwość i pilność jego w tej mierze, który list jemu oddacie i tę kauzę jeszcze imieniem naszem zalecicie.

Item tamże, przy tem żegnaniu, dowiedz się W. M. Ks. Biskupie, pospołu z Ks. Podoskim, mentem Cesarza J. M. około navigationem Narvicam i około postępków Króla Duńskiego [1])

---

[1]) Fryderyk II.

przeciwko nam, o których pisaliśmy do was po te czasy dosyć szeroce, a mianowicie przed dwiema niedzieloma 26 Septembris. Gdzie i teraz za się po onych nowinach uciekli się do nas Gdańszczanie, iż im tamże w tej klauzie Orizundzkiej, jako i pierwej, zahamowano przez dwadzieścia okrętów z kupiami rozmaitemi. Która rzecz na co się zanosi, to Cesarzowi J. M. przełóżcie co najpilniej. Około navigationem Narvicam rozszerzać się na ten czas nie chcemy, gdyż się o tem już nie raz do was pisało cum plenissima informatione. My przedsię bronić jej będziemy wedle możności naszej. Gdzieby się nie zahamowała, już to nie jeden raz opowiadamy, iż bez pochyby magnam cladem afferet, czego Boże uchowaj Imperio Christiano. Po odjechaniu Ks. Biskupim, które chcemy, aby było nic nie mieszkając, wy Ks. Podoski to wszystko solicytujcie i o wszystkiem nam sprawę dawajcie. A gdy odpis będzie od Wojewody Siedmigrodzkiego [1]) na to pisanie J. C. M., kopię nam poślijcie, zjednawszy u Cesarza J. M. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 17 Octobris 1571.

CLXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Adamo Dietrichstein.

Magnifice sincere nobis charissime. Quas litteras ad Sin. vestram superiore Aprili in Hispanias miseramus, eas Sin. vestrae redditas non esse nuper nobis significatum est. Allatae sunt enim post discessum inde Sin. vestrae. Ne igitur existimet Sin. vestra ea officia, quae nobis illic praestitit, immemoribus se aut parum gratis praestitisse, scire S. vestram volumus, gratissima nobis ea prorsus accidisse. Etsi enim res ipsa et studium

---

[1]) Stefan Batory de Somglio, powołany na tron Siedmiogrodzkiego Księstwa dnia 25 Maja 1571 roku.

S. vestrae optato fini hactenus caruerit, tamen studio quidem ipso et diligentia S. vestrae est nobis abunde satisfactum. Quod ita esse, parati sumus S. vestrae per omnem occasionem declarare. Non dubitamus autem Sin. vestram idem erga nos causamque nostram studium conservaturam semper esse, et si quibus in rebus poterit eandem nobis diligentiam et benevolentiam esse praestaturam.

Dat. Varsaviae die 17 Octobris A. D. 1571.

CLXXVII.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Episcopo Posnaniensi et Podoscio.

R. in Christo pater et domine et R. D. frater charissime et honorandissime. Conjungat epistola, quos conjungit amor et benevolentia. Nie mam na ten czas co obiema W. M. pisać, gdyż W. M. Miłościwy Księże Biskupie do Polski bliżej nas jedziesz, a do W. M. Księże Podoski będzie-li co potem pisać, potem się też napisać może. Cobym miał teraz pisać, to W. M. szerzej z listu J. K. M. spólnego wyrozumiecie. Z tem się obiema W. M. w łaskę i w przyjaźń dobrą zalecam.

Dat. Varsaviae die 18 Octobris A. D. 1571.

CLXXVIII.

Idem.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Breviter ad litteras R. D. vestrae, quibus dies 14 Octobris adscripta fuit respondeo. Limitationem jampridem misi causae Sarpaviensium. Puto perlatam esse. De imponendo fini aliquo eidem causae, locutus est mandato meo cum Zalinio Patricius diligenter, quem re-

perit non admodum difficilem in reliquis, addo etiam amicum et Capitulo et ecclesiae, ut videbatur, nisi quod finem ejus causae alium se videre posse negavit, quam quem dies limitationis factae attulerit: qui quod in ipsum quoque comitiorum tempus incidet, hoc facilios erit totius rei explicatio, maxime cum aliae quoque consimiles causae nonnullorum, ut Magnifici domini Cancellarii [1]) et Magnifici domini Castellani Visliciensis [2]) eodem fere tempore judicabuntur, sine quibus respondit non licere sibi Zalinius aliquem privatim causae suae exitum imponere. Illud non obscure fert, in utrumque se aeque paratum esse, sive bona restituenda erunt ecclesiae, sive pecunia Capitulo numeranda. Post diem tertium, quo mihi litterae hae R. D. vestrae de data 14 Octobris redditae sunt, redduntur mihi aliae de data 3 Septembris ad me et ad Regiam item Majestatem scriptae. Quae quod nonnihil continerent momenti alicujus, sicut sunt ea, quae et de juramenti sui ratione et de Elbingensi insolentia scribit, duxi esse de illis ad Regiam Majestatem referendum. Itaque de sententia Majestatis ejus postea D. vestrae R. respondebo. Nunc enim properabat Capituli Secretarius. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 23 Octobris A. D. 1571.

CLXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano [3]).

Beatissime pater. Accepi litteras S. vestrae jampridem: ad quas quod hactenus non responderim, in causa fuerunt primum quidem occupationes variae regni mei, deinde vero etiam illud, quod Venerabilis Laurentius Magius Soc. Jesu Provincialis, qui mecum nomine S. vestrae de iisdem rebus plenius

---

[1]) Walenty Dembiński, Kanclerz W. K.

[2]) Mikołaj Firlej, Kasztelan Wiślicki, później Rawski.

[3]) Papież Pius V.

agere debuit, a me per haec tempora non sit visus: ut quae ex ejus sermone tunc copiosius accepissem, ad ea possem etiam S. vestrae uberius respondere. Quanquam et illud quidem memoria teneo, me et ante et post redditas has S. vestrae litteras, atque adeo in ipsis etiam reddendis litteris, cum saepenumero eadem ista ex R. D. S. vestrae nuntio intelligerem, ita de sententia animi mei respondisse, uti ad S. vestram ab ipso illo perlatum esse non dubito. Nunc igitur ad ipsas S. vestrae litteras ita respondeo. Etsi facile intelligam non esse potestatis nostrae, quid de nobis homines aut sentiant aut loquantur, cum, his praesertim malignis temporibus, ipsa etiam recte facta soleant hominum maledicentia depravari, tamen ex adverso, non superbi solum, sed etiam plane dissoluti hominis semper esse existimavi, hominum judicia negligere et sermones qui de se circumferantur pro nihilo habere. Itaque gratissimo prorsus animo prosecutus sum factum S. vestrae, maxime quidem, quod rumoribus a dignitate mea alienis fidem, ut scribit, non habuerit, deinde autem, quod cujuscumque modi rumores illi essent, per litteras suas fecerit me de illis certiorem. Equidem Beatissime pater, si quis ex una parte conditionem generis statusque mei regii, ex altera autem parte ea incommoda, quae interim in hac non magis conjugali, quam vidua vita mea indies experior, altius cum animo suo expendere voluerit, non dubito, si aequus judex esse voluerit, quin fateatur, causam me habere non vulgarem, tale aliquid quale circumfertur, cogitandi. Verum enim vero non sum usque adeo immemor tum mearum, tum communium rerum, inprimis autem ejus personae, quam inter sanctae et catholicae religionis reges Christianos, inde usque a divis et omni immortalitate dignissimis majoribus meis sustineo, ut ejusmodi aliquid privato consilio et auctoritate usurpare, et non potius ab iis quorum arbitrio haec divinitus concredita esse sentio, postulare debeam.

Viget enim in me per Dei gratiam et vigebit semper memoria regii generis majorumque meorum, qui cum multis aliis virtutibus magni atque celebres, tum constantia quidem reli-

gionis catholicae maximi et celeberrimi fuerunt; viget in me ratio personae dignitatisque meae, ad quam me ipsa quoque S. vestra perbenigne revocat; viget maxime omnium, observantia sanctae catholicae religionis, quam sane omni meo studii colere et ad extremum usque meum spiritum tueri ac profiteri constitutum atque cum animo meo maxime deliberatum habeo. Itaque, dicta factaque mea omnia ita ad meam majorumque meorum dignitatem referre semper soleo, ut tamen interim potissima a me ratio habeatur vitae pie et honeste degendae. Quae cura cogitatioque mea assidua ansam fortassis aliquam dare potuit ejusmodi rumoribus, quos video ad ipsam usque S. vestram permanasse. Neque enim dissimulare aut possum aut debeo, apud S. vestram praesertim, cogitasse me, quae ipsa cogitatio nunc etiam in animo meo magnopere versatur, atque haud scio an nunquam effluet, de aliqua ratione ineunda, qua tranquillitati conscientiae meae, incommodis quibusdam praesentis vitae meae non mediocriter perculsae, consuli posse videatur. Quam enim quaeso solidam laetitiam adferre potest vel orbis etiam hic universus sub ditionem nostram redactus, si interim mens animusque noster quo nihil habemus preciosius, vel aestuet assidue oppugnatus, vel etiam, quod majus est, succumbat, et, quod absit, insigne aliquod detrimentum capiat? Qua quidem in cogitatione mea magnopere me semper est consolata aequanimitas S. vestrae, fore, ut si quid ejusmodi necesse esse viderit, non gravate, pro pietate sua et pro officio patris ac pastoris universalis, ipsa quoque curam ac cogitationem ejus rei suscipere non dedignetur. Quae ipsa mea de pietate et integritate S. vestrae opinio, quoniam nunc etiam in me durat, et, ut confido, durabit, dabo equidem operam, ut in his rebus, de quibus ad me S. vestra scribit, hoc magis me ad arbitrium ipsius componam, quo magis vicissim rationem cum aliarum rerum mearum, tum vero inprimis conscientiae meae, ab illa haberi videro: ut qui opes viresque omnes meas catholicae religioni et huic S. Sedi Apostolicae debere me ad extremum usque spiritum sentio, idem intelligam conscientiam

meam esse ope, consilio, auctoritateque ipsius, in tuto collocatam. Commendo me regnumque etc.

Dat. Varsaviae die 23 Octobris A. D. 1571.

CLXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Accepimus proxime litteras P. vestrae, quibus tollere conatur offensionem quandam animi nostri, conceptam ex litteris suis ad plerosque in regnum nostrum perscriptis, de rumoribus nescimus quibus, quo istic scribit de nobis circumlatos fuisse [1]). Ac fuit ita revera, ut factum nobis P. vestrae in hoc genere minime probaretur: non quod illa, quae de nobis dicerentur, sive ad nos, sive ad R. Vicecancellarium regni nostri perscripserit. Nam et nostra quidem potissimum interest scire, quales de nobis hominum sermones circumferantur, et R. Vicecancellarius regni nostri eo loco a nobis habetur, propter et magistratum suum quo fungitur et virtutem, quam nobis mirifice probavit, ut nostra omnia cupiamus illi esse quam notissima. Sed quod ea, quae nullo certo fundamento nitebantur et ad indignitatem nostram magnopere pertinebant, tam cito pro certis accepta, quasi certa ad alios transmiserit, eaque cum non paucis, nec solis Senatoribus (sicuti nos ipsi pleraque eorum oculis nostris vidimus) communicaverit, atque ita et indignitatem nostram quasi divulgarit et animos nonnullorum adversum nos propemodum incenderit: minime quidem malitiose, uti nobis persuademus, sed tamen,

---

[1]) Pogłoski, o których tu mówi Król i o których wspominał Ks. Podkanclerzy w poprzednich listach (N. LXVIII i XCV), odnosiły się niezawodnie do przypisywanego Królowi projektu ożenienia z Giżanką.

ut lenissime dicamus, non satis caute. Verum haec facessant. Ceterum quod rem ipsam attinet, de qua ejusmodi rumores nasci et ad urbem usque istam permanare potuerunt, non dissimulabimus hoc loco, nos, in tot incommodis, praesentis non magis conjugalis quam viduae vitae nostrae constitutos, non solum cogitasse, sed etiam cogitare maxime serio de ratione aliqua ineunda, ex his malis eluctandi et in tuto ac securo honestae vitae portu consistendi. Quid enim nobis magis cordi esse aut potest aut debet, quam et tranquillitas agitatae ac convulsae conscientiae nostrae, et cura denique vitae pie ac honeste degendae? quae si infimis quibusque hominibus insita esse debet, quanto magis nobis qui excelsiore aliquanto gradu sumus collocati? cum et turpe et admodum miserum fuerit, in fictis istis et adumbratis ac fugacibus bonis, praestantiam quandam prae ceteris singularem velle appetere, verorum autem et aeternorum ac permanentium bonorum, ne communionem quidem et aequalitatem cum ceteris velle consectari. Nimirum quid prodest homini, si universum etiam terrarum orbem imperio suo subjiciat, cum ipse interea cupiditatum servus existens, magnum mentis animique sui capiat detrimentum? Haec nobis cogitatio assidue ob oculos versatur, haec eadem nos dies noctesque premit, desiderantes diem aliquando illum videre, quo conscientia nostra, in mediis his perturbationum procellis possit tranquillari, rebus nostris ita compositis, ut pie, caste, honeste vivamus reliquum hoc aevi, quod nobis Deus Opt. et Max. volet beneficio suo superesse. Verum tamen in hac cogitatione versantibus, non usque adeo nobis memoria excidit modestiae, religionis et denique personae nostrae, ut unde nobis potissimum hujusmodi vitae praesidia petenda sint, ignoremus. Nam sicut ea quidem privata auctoritate velle usurpare, nefarium, ita a legitima potestate postulare ac expectare, non solum concessum, sed etiam pium esse existimamus. Quod cum ita sit, non debetis profecto vos, quos nos patrum honore perlibenter dignamur, filios vestros perditum ire velle auctoritate hac vestra, sed conservare eos potius, non magis huic fragili

et temporariae quam aeternae illi vitae, quam Deus appromisit iis solis, qui hanc temporariam cum pietate et honestate exegerint. Atque haec quidem nos ad P. vestram uti Consiliarium nostrum et S. R. E. Cardinalem, non minus vere quam libere perscribenda nobis esse existimavimus: a qua consilium rebus ejusmodi quam maxime accomodatum expectamus. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 23 Octobris A. D. 1571.

CLXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Caes. Rom. Majestati.

Serenissimo et Excellentissimo etc. S. et Ex. etc. Proficiscenti a nobis et litteras commendatitias ad Majestatem vestram postulanti huic subdito et aulico nostro, Generoso Vlodimiro Zablocki, non potuimus deesse his litteris nostris. Habere is se dicit negotii quiddam apud Majestatem vestram conficiendum. Quod ut et cito et ex animi sui sententia possit conficere, a Majestate vestra postulamus. Quam optime valere cupimus, eique fraternam nostram benevolentiam etiam atque etiam commendamus.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1571. Regni vero nostri 42.

CLXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Nicolao Herborto.

Generoso Nicolao Herbort de Fulstin, Capitaneo nostro Leopoliensi, f. n. d. In absentia ejus Vicecapitaneo. Gratiam

nostram regiam. Generose f. n. d. Daliśmy byli list nasz z podpisem ręki naszej, de data tu z Warszawy 10 Januarii teraźniejszego roku, za przyczyną niektórych panów Radnych naszych, uczciwemu Andrzejowi Paskorowi z Baru kowalowi i Annie żonie jego, wyjmując je od zwierzchności i urzędu wszelakiego, a zwłaszcza zamku i miasta Lwowskiego, a biorąc je pod obronę naszą i zostawując je tylko przy zwierzchności swej królewskiej, tak żeby oni przed żadny inny urząd od kogośkolwiek i o cokolwiek, a mianowicie o dom we Lwowie, którego nabytem prawem od nieboszczyka P. Przemyślskiego [1]) dostali, pociągani nie byli, tylko przed nas same i przed sąd nasz, a to ad extrema usque illorum vitae tempora [2]). Teraz uciekli się do nas przerzeczony Andrzej z żoną swoją, z płaczem opowiadając, że już po dacie tego listu, który od nas mieli, są z tego domu swego mocą i gwałtem, bez żadnego prawa wybici i wyrzuceni, mając nań prawo dobre i przebudowawszy tam przez kilkaset złotych, jako to nam zeznaniem pod pieczęciami ludzi dobrych stanu rycerskiego pokazowali. Tak, że już teraz nie mając kędy mieszkać, po świecie się kołatać muszą. Co wszystko, iż się dzieje przeciw woli i rozkazaniu naszemu własną ręką naszą podpisanemu, a dzieje się pod urzędem W. T., dziwujemy się temu nie pomału, gdyż na urząd Starości należy, pokoja pospolitego przyglądać, a tych, które my w obronę naszą bierzemy, od wszelakich krzywd i od wszelakiej mocy bronić. A tak rozkazujemy W. T. koniecznie tak a nieinaczej chcąc mieć, abyś W. T. przy tym Komorniku naszym Prokopie Wrzeszczu, któremuśmy tę rzecz poruczyli, tego Andrzeja i żonę jego, albo plenipotenta ich, do tego domu, z którego są niesłusznie wybici, ex brachio nostro Regali przywrócił i possessyę im dał i w niej go na potem chował i bronił, nie dopu-

---

[1]) Piotr Barzy, Kasztelan Przemyślski.

[2]) Patrz: przywilej wydany temuż Andrzejowi de Bari pod dniem 10 Stycznia 1571 roku. Aktów Podkanclerskich Cz. II, str. 292 i 293.

szczając nad niemi nikomu mocy albo gwałtu używać. A ktobykolwiek przeciwko im co się mieć mienił, każdego do nas odsyłając, a my każdemu z nich sprawiedliwość uczynimy. Pod łaską naszą abyś W. T. inaczej nie czynił.

Dat. Varsaviae die 25 Octobris A. D. 1571. Regni vero nostri 42.

CLXXXIII.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Palatino Calissiensi [1]).

Magnifice domine etc. Radbym był W. M. w tem posłużył, o coś W. M. do mnie pisał temi czasy, jakoż zawsze chuć moja W. M. gotowa jest nie tylko do tej małej rzeczy, ale i do czego większego, ale tak W. M. racz wiedzieć, że zakroczyło insze dożywocie żonie nieboszczykowej, i nie jedno, częścią dawno jeszcze za dobrego zdrowia nieboszczykowego uczynione, częścią już ostatnie na pół roku przede śmiercią jego, które z mojej kancellaryi wyszło zupełne dostateczne. A tak nie rozumiem, żeby się co nowem dożywociem zwyższyć mogło, gdyż już dawniejsze zakroczyło dostatecznie obwarowane, które, aczby jaką wątpliwość w sobie miało, tedy gdyż już pięć niedziel jako nieboszczyk P. Pępowski umarł, nie wątpię, iżby się przez ten czas ozwał nie jeden, któryby się był kusił o jakie pewniejsze i gruntowniejsze. Ja piszę to co rozumiem. Wszakże jeślibyś W. M. rozumiał, żeby dożywocie W. M. miało przyjść ku pożytku, mimo tamto dawne, daj mi W. M. znać, a ja W. M. to dożywocie bez mieszkania poślę. Jakoż i w tem i w czem innem będę mógł, najdziesz mię W. M. zawsze do posług swych chutliwego. W tem W. M. wątpić nie potrzeba.

Dat. Varsaviae die 27 Octobris A. D. 1571.

---

[1]) Kasper Zebrzydowski.

CLXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Cetera ex aliis litteris nostris intelliget P. vestra, quas ad eam hebdomada superiore dedimus. Nunc quod quaerit P. vestra, si pars duntaxat ejus census, qui est per S. quondam matrem nostram in reditibus Doanae Foggiae comparatus, nobis hoc tempore numeretur, quid faciendum esse censeamus, utrum videlicet totum ac integrum expectari, an vero id quod datur accipi jubeamus, de eo quid aliud P. vestrae praescribamus, non habemus, quam quod ille praescripsit, qui dixit: quando id fieri quod vis non potest, velis id quod possis. Scit enim P. vestra a malis hominibus, quicquid tandem datur et quantulumcumque datur, esse capiendum.

De Barraba etiam quid hoc tempore faciendum esse existimemus, fecimus superioribus nostris litteris ad diem 10 Octobris datis P. vestram de sententia nostra certiorem. Ad ea responsum a P. vestra expectamus. Nec minus ad illa quoque, quae de eadem re ad P. vestram die 4 Septembris perscripsimus: praesertim ut intelligere possimus, sitne hoc negotium de Barraba R. D. Cardinali Commendono a S. D. nostro commissum, quemadmodum futurum fuisse P. vestra significaverat. Neapoli quidem, qui pro testimonio adversus illum latronem dixerunt, ii congruentia admodum testimonia dixisse perhibentur. Quod si ita est, non esset inutile eorum testimonia Romam mitti, si missa hactenus non fuerunt. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die ultima Octobris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CLXXXV.

Sigismundus Augustus etc.

St. Kłodziński.

Venerabilis d. n. d. Pisaliśmy wam die 26 Septembris, abyście intratę 43 m. tegorocznią pospołu i z oną 13 m. pieniędzy pozostałych kiedy wam do ręku dojdą, przy sobie zadzierżeli, aż do inszej nauki naszej, nie płacąc nic żadnemu a żadnemu provisionario, aż za osobnem rozkazaniem naszem, któreśmy wam mieli w rychle posłać. Teraz też rozkazujemy wam z tym dokładem. Jedna, abyście wyciągali co możecie najpilniej, aby wszystko zapłacono. Druga, nie może-li być wszystko zarazem, abyście brali cokolwiek dadzą. Trzecia, abyście nam znać dawali, skoro co weźmiecie. A my też zatem deklaracyę woli naszej wam posyłać będziem, komu co płacić mieć będziecie. Dano nam znać, a snać z pisania waszego, iż świadkowie przeciw Papagodzie [1]), tam w Neapolim przez posła Papieskiego examinowani, byli zgodni. A tak dobrzeby, jeśli tych testimonia do Rzymu nie posłano, aby posłano co najrychlej.

Dat. Varsaviae die ultima Octobris A. D. 1571.

CLXXXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Ticinio.

R. D. Nie mogę inaczej mówić, jedno iż Królowi J. M. to

---

[1]) Janowi Wawrzyńcowi Papagodzie.

nie miło, co się okolo wypuszczenia Papagody stało, już nie tak o co innego, jak o to, iż się to stało inscientibus vobis, którzy tam negotia J. K. M. sprawujecie, a iż tu dobrze pierwej przyszła wieść o tem, inter nova publica, niźli od was etc. Ja jednak moderuję ile najwięcej mogę. Pisałeś tu W. M. nie jeden raz, iż ta kauza kommittowana być miała a S. D. nostro X. Cardinali Commendono. Dalej nie wiemy co się w tej mierze stało. Co się tycze onych sto skutów, które się były miały dać Equiti Ugolino na te tam potrzeby do Inkwizycyi, które sumptu potrzebują, a bez sumptu w długą idą, gdyż już ptaszek wyleciał z klatki, sama rzecz pokazuje, iż już dawać nic nie potrzeba, jako się też o tem X. Kardynałowi jeszcze die 10 Octobris znać dało.

Mannę miałem od W. M., za którą W. M. dziękuję. Miałem i minutam brevis około suspensionem decretorum concilii in favorem cleri nostri, która mi się nienajgorzej podoba. Jakoż zaprawdę to powiedzieć mogę, iż jeśli przedtem były wielkie racye ejus suspensionis in provincia nostra, które racye tak brat mój X. Scholastyk [1]), jako i ja sam jeszcze przedtem przekładałem Sedi Apostolicae, tedy teraz są daleko większe i ważniejsze. A tak nie wątpię, iż X. Kardynał Kommendon, mając facultatem a obaczywszy te racye, będzie się raczył zachować wedla potrzeby. O się sam nic nie boję, bo za łaską Bożą takem usiadł na tak bezpiecznem miejscu, iż mi żaden Biskup wziąść nic nie może, ale mówię o drugie, którzy expositi sunt libidini ordinariorum, którym biorą a sługom swym dawają, daleko niesposobniejszym ku stanu duchownemu etc. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die ultima Octobris A. D. 1571.

---

[1]) Stanisław Krasiński, Scholastyk Gnieźnieński.

CLXXXVII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Wyrozumiałem to co mi W. M. piszesz około przygód Antonii Petrarolę i dziwuję się temu niepomału. Radbym był ostatek zrozumiał aż do końca. Lecz podobno sam przyjechawszy powie. Interim D. vestra R. bene valeat. Cetera ex litteris Regiae Majestatis intelliget.

Dat. Varsaviae die ultima Octobris A. D. 1571.

CLXXXVIII.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. amice charissime et honorande. Dał się tu temi czasy list przyczynny do Cesarza J. M. Włodzimierzowi Zabłockiemu Dworzaninowi Króla J. M., który mię też prosił o list do W. M., żebym go W. M. zalecił, ale go potem zaniedbał. Jakożkolwiek jest, jednak kazał Król J. M. do W. M. pisać, abyś go tam W. M. na oczach miał a dowiadował się, co tam będzie sprawował a z kim, bo jest chłop dziwnej głowy, a k temu Moskwicin.

Dat. Varsaviae die ultima Octobris A. D. 1571.

CLXXXIX.

Idem.

Soderinis.

Generosi domini amici charissimi. Pisze mi P. Gorecki [1]), iż już dał W. M. possessyę w Kłodno, jedno dokłada iżby trzeba przodkiem, aby wsi, które odeszły, były zaś do zamku przywrócone, bo tak jako teraz jest to tam imienie nie czyni ledwie dwieście złotych. Druga powiada iż trzeba, aby się zamek dla obrony oprawiał, bo gdzieby tak został jako jest, tedy i ta trocha poddanych, która została, rozbiegłaby się pod inne pany, gdzieby mogła mieć lepszy i bezpieczniejszy receptum czasu zabiegów Tatarskich. Tak, iż jako widzę, pożytek tam ztąd wielki być nie może. A gdzieby jeszcze w czyich innych ręku to być miało, niźli w ręku P. Goreckiego, byłoby i z mniejszym pożytkiem i z większemi trudnościami W. M. Bo i szarpanoby bezpieczniej ze wszech stron i od leży żołnierzów trudnoby kto inny tak bronić miał tego imienia, jako P. Gorecki, który mając urząd na sobie, może i za zachowaniem swem i za urzędem snadniejszą zawżdy pomoc dawać, gdyż już i do tych czasów dzierżąc to tam od Króla J. M., nie mało dobrego temu tam miejscu uczynił. A tak, iż tu ma być w rychle, dobrzeby, abyście mi W. M. dali znać w tej mierze wolę swoją, jeślibym co z nim imieniem W. M. stanowić miał, bo tak rozumiem, iżby to warowniej W. M. było, cobym ja z nim postanowił. Na co czekam odpisu od W. M. bez mieszkania. Bene valete.

Dat. Varsaviae die 2 Novembris A. D. 1571.

---

[1]) Maciej Górecki, Pisarz Polny, Chorąży Poznański.

CXC.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Wdzięczne nam były te nowiny, któreście nam temi czasy pisali około zwycięstwa chrześciańskiego. Panie Boże daj, naprzód, aby te nowiny na wszystkiem się iściły, potem aby tego co dalej to bardziej przybywało, ku czci i sławie wiary świętej chrześciańskiej.

Mamy tę sprawę, żeby Wołoszy, którzy są we Węgrzech pod Cesarzem J. M., chcieli ciągnąć do Wołoch, przeciw Wojewodzie Wołoskiemu, który teraz na Województwie siedzi [1]). I dla tegoż obrali snać między sobą jednego w rzeczy Wojewodę. Co jeśliby tak było, powiedzcie Cesarzowi J. M., iżby to nas obchodzić bardzo musiało, gdyż Wołoska ziemia zdawna jest przymierna ziemia Koronie Polskiej, i dzisiejszy Wojewoda i niektórzy drudzy przed nim, snać nie bez wiadomości Cesarza Tureckiego, czynili nam i Koronie naszej, per speciem cujusdam homagii, posłuszeństwo. A tak gdzieby co takiego od kogośkolwiek na Wojewodę się zwaliło, koniecznieby̆śmy temu wszelakim obyczajem zabiegać musieli i każdemu takiemu, któryby spokojne panowanie jego trwożyć chciał, przejazdu przez państwa nasze daćby̆śmy nie mogli, a nakoniec Wojewody Wołoskiego nie opuścilibyśmy bez ratunku naszego, jako tego, którego my za sługę naszego mamy i o którego wierze przeciwko nam i Koronie naszej wszystko dobre sobie obiecujemy.

K temu Wojewoda Wołoski teraźniejszy naprzeciw nie-

---

[1]) Bogdan, Hospodar Wołoski, wywłaszczony w tym czasie z tronu przez Iwonię.

przyjacielowi Korony naszej obwiązał się przysięgą i z pany Radami swemi, dawać nam na pomoc siedm tysięcy jezdnych ludzi. A tak powinniśmy go bronić od każdego jego niebezpieczeństwa, jako przymiernego hołdownika i sługi na ten czas naszego. Listy Cesarza J. M., które mają być do Siedmigrodzkiej ziemie, te są oddane.

Dat. Varsaviae die 7 Novembris A. D. 1571.

CXCI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice charissime et honorandissime. Ja z swym listem dawnym posłałem po wina, sługi i konie swoje, gdyż mam na cztery wozy list dożywotny. Teraz, iż się tam z tem drożycie, nie wiedziałem jakobym miał list w tej mierze pisać do Cesarza J. M., bo gdziebym pisał, a mnie tego odmówiono, nie mogłoby mię wprawdzie nie obchodzić. Potrwam tak mało z tym listem, co dawno mam. Nie będę-li mógł nic więcej od J. C. M. uprosić, tem też będę mniejszą okazyę miał i dziękować i odsługować to J. C. M.

Żal mi tych tam waszych contentiones niepotrzebnych z X. Biskupem Poznańskim [1]), które wiem, iż z nas i z kancellaryi Króla J. M. nie pochodzą. Mam za to, iż już J. M. tam ztąd odjechał wedla rozkazania Króla J. M., przeto też J. M. na ten czas nic nie piszę. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 15 Novembris A. D. 1571.

---

[1]) Adam Konarski.

CXCII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae.

I. Principi domino Augusto Duci Saxoniae etc. I. Princeps domine affinis noster charissime. Habituri sunt coram judicio civili Lipsensi cum Nicolao Giericz I. vestrae subdito, cive Lipsensi, nobiles Raphael Mikulowski et Laurentius Dambrowa subditi nostri negotium, quod I. vestra ex supplicatione illorum praesentibus inclusa cognoscet. Quare eosdem subditos nostros, tanquam de nobis bene meritos, I. vestrae diligenter commendamus, simulque ab eadem petimus, ut causam hanc eorum praefato judicio civili Lipsensi ita commendet, ut sine mora jus suum possint auctoritate litterarum I. vestrae obtinere. Factura I. vestra rem nobis gratissimam et pari studiorum genere compesandam. Quamdiu ac feliciter valere cupimus.

Dat. Varsaviae die 10 Novembris A. D. 1571.

CXCIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono.

R. in Christo patri D. Jo. Francisco Commendono. R. in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Quam victoriam classis Christianae ex classe inimica litterae nobis P. vestrae nunciarunt, ea nobis, uti Regi Christiano, prorsus accidit perjucunda. Officium autem quoque P. vestrae extitit no-

bis gratissimum, quod nos de iis rebus non praetermiserit facere certiores. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 12 Novembris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CXCIV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

L. Podoski.

R. D. amice et frater charissime ac honorande. Cośmy nie mogli odpisać przeszłą postą X. Kommendonowi na list jego, którym daje znać Królowi J. M. około tej wiktoryi, teraz odpisujemy. Do W. M. co pisać, nie rozumiem, jedno to, coś W. M. pisał, iż listu do P. Dietrichsteina nie było w fascikule, tedyśmy i my to zaraz byli obaczyli, ale już był cursor odjechał, wszakże posłaliśmy go potem per sequentem postam, i nie wątpię, że go już W. M. do tych czasów ma. Około inszych rzeczy, będzieli co, przez drugą napiszemy postę.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris A. D. 1571.

CXCV.

Sigismundus Augustus etc.

Caes. Rom. Majestati.

S. et E. Principi etc. S. et E. Princeps D. amice etc. Proficiscentem istuc Generosum hunc Martinum Rozen subditum nostrum, in quibusdam negotiis suis, duximus esse Majestati vestrae per litteras commendandum, rogantes, ut quae ex Majestate vestra aequa et honesta petierit, ea commendatione quoque hac litterarum nostrarum tanto facilius consequatur. Etsi autem non dubitamus, negotium quod istic inter alia

habiturus est de haereditate Generosi quondam Joannis Geraltowski, cujus sororem germanam hic Martinus matrimonio junctam habet, expeditum fore, ob singularem probitatem et integritatem eorum, quorum fidei a moriente est commissa, tamen in ea quoque re, si quid auctoritate Majestatis vestrae opus fuerit, postulamus a Majestate vestra ne illi defuisse videatur. Erit id nobis a Majestate vestra quam gratissimum. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ejusque nos fraterno amori plurimum commendamus.

Dat. Varsaviae die 20 Novembris A. D. 1571.

CXCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Ma tam potrzebę na tym dworze urodzony Marcin Rozen, poddany nasz, około spadku nieboszczyka Gierałtowskiego, którego on siostrę rodzoną ma za żonę. Acz nie wątpimy, że w tem trudności żadnej mieć nie będzie, gdyż Pan z Perstina, którego wierze nieboszczyk rzeczy swoje zlecił, ochotnym się do wszystkiego pokazuje. Wszakże gdzieby było potrzeba, rozkazujemy wam, abyście temu to Roznowi do wszystkiego w tej mierze pomagali.

Dat. Varsaviae die 20 Novembris A. D. 1571.

CXCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Klodzinski.

Venerabilis d. n. d. Co piszecie do nas około instrumenta jakich de emptione proventuum ab universitate Hostunensi,

tych my nie mamy, gdyż tak rozumiemy, iż zaraz oddane są tym, którym się stała imieniem naszem cessya tych prowentów. A tak u nich się o tem dowiadować możecie.

Wszakże jednak to co się tu znaleść mogło na ten czas, tego wam posyłamy terminacye, z których się po części sprawić módz będziecie. A będzieli trzeba instrumenta autentica tych terminacyj, tedy co się tycze assensum regium na tę summę, ten najdziecie autentice in cancellaria curiae regiae; drugie najdziecie inter notarios publicos civitatis Hostunensis, bo acz my nie wiemy tu imienia ejus Notarii, który ad istum actum intervenit, jednak wiemy, iż się to działo w Hostunic, gdzie od tych, którzy nam tam są chętliwi, ostatka się będziecie módz dowiedzieć. A nakoniec między temi sześćdziesiąt i jednym, którzy się ostatni razem za tę summę obligowali, będziecie się módz i pisarza tego aktu i czego inszego wywiedzieć, bo tak rozumiemy, iż ta poślednia obligacya zamyka wszystkie summy Hostuneńskie, gdyż się stała tego roku, którego potem rychło umarła nieboszczka Królowa matka nasza. Jeśliby jeszcze nadto było wam od nas czego więcej potrzeba, tedy napiszcie jaśnie i otworzyście, czego wam nie dostaje, aby się tem prędzej naleść mogło. Przyjdzieli nam też samym jeszcze co więcej na pamięć w tej mierze, poślemy wam potem.

Dat. Varsaviae die 21 Novembris A. D.1571.

CXCVIII.

Franciscus Krasinski, Viccecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

Pisze Król J. M. dwa listy za P. Rozenem, który tam do Wiednia jedzie, żeby rzeczy nieboszczyka P. Gierałtowskiego [1])

---

[1]) Jan Gierałtowski, dworzanin Cesarza Maksymiliana, zamordowany w Wiedniu.

jemu, który się mieni mieć bliskość, najbliższą siostrę nieboszczykowę mając, były wydane. Jeden list jest do Cesarza J. M. samego, zalecając go. Drugi do W. M., żebyś W. M. pomógł mu się starać a solicytować, żeby rychło był odprawion. Jako W. M. wyrozumiesz z listu Króla J. M. A iż ten P. Rozen [1]) jest powinowaty P. Dulskiemu [2]), prosił mię też P. Dulski, żebym go też W. M. sam osobno i jego rzecz zalecił. Co rad czynię i proszę, żebyś W. M. P. Roznowi tak pomagał, jakoby rychło bez odwłoki i trudności żadnych mógł to mieć, o co tam jedzie. Nie wątpię, że się też W. M. będziesz chciał tem zachować P. Dulskiemu, który powinien za to W. M. być chce.

Dat Varsaviae 23 Novembris A. D. 1571.

CXCIX.

Idem.

Cardinali Hosio.

ex minuta D. Solicovii [3]).

Quantum voluptatis inde perceperam, quod Capitulum Varmiense R. D. Cromerum, licet serius fortasse quam oportebat, tandem Coadjutorem susceperit, tantum doloris inde capio, quod I. ac R. D. vestra cum eodem Capitulo non recte conveniat: tanto vero id magis, quantum magis perspicio, quantum incommodi ex ea re, his tam periculosis et jam prope deploratis temporibus ecclesiae Dei comparetur. Legi ego quidem ea, quae ab I. et R. D. vestra contra Capitulum conscripta et mihi missa fuerunt, et libenter e vestigio de animi mei sen-

---

[1]) Wzmiakowany wyżej Marcin Rozen.

[2]) Zapewne Jan Dulski, Kasztelan Chełmiński, późniejszy Podskarbi W. Kor. (1580), ożeniony z Rozenówną.

[3]) Jan Dymitr Solikowski, Sekretarz Królewski.

tentia I. ac R. D. vestram certiorem reddidissem, verum id tum cum per Regis ac Reipublicae negotia, tum per valetudinem, qua satis imbecilla utor, praestare non poteram. Quoniam vero cum Solicovio, uti ipsa volebat, ea legeram et quod sentiebam tum ac etiamnum sentio dixeram, cum ei plus vacaret, magis ille meam quam suam sententiam ipsi perscripsit. Vidi quoque ea denuo, quae huc a D. Cusborio [1]) missa fuerunt, sed in priore illa mea adhuc sententia persto. Ea nunc est conditio ecclesiae ac reipublicae in patria nostra, ut eas scintillas offensionum ac odiorum magis sopiri ac extingui, quam excitari oporteat, praesertim inter homines status nostri ecclesiastici, qui jam passim omnium praedae ac libidini expositus est. Quod si ipsi, ut scriptura loquitur, etiam inter nos comedemus, quid restat, nisi ut ab invicem consumamur? Ac ea quidem, quae ab I. et R. D. vestra scribuntur, sunt ejusmodi, ut probis hominibus satisfacere jure debeant ac possint, sed apud malevolos ac praesertim ecclesiae hostes, quid sunt quam jucunda et voluptatis plena spectacula alienae calamitatis? Quid? quod multa inde in perniciem ecclesiae et status nostri corruptelam depromere possunt? et procul dubio non deerunt plerique, qui faces ita acerbe litigantibus subministrent, ut interea aliquo graviore malo illam ecclesiam in meditullio haereticorum sitam, hoc tam lubrico et ad omnes infelices occasiones quasi fatis quibusdam destinato tempore, afficiant.

Ego sane in ea spe ac sententia fui, ut negotio Coadjutoriae ex animi sententia confecto, reliquae difficultates, quae in ea causa intercurrerant, nullo negotio componerentur aut penitus obliterarentur, sed spe mea sum frustratus. Non tam enim de articulis illis ab I. et R. D. vestra subscriptis, quos tamen an subscripserit D. vestra I. et R. se non meminisse scribit, quam quod ii a Capitularibus Nuntiis, non parva ejus injuria ac indignitate hic circumlati ac quibusdam exhibiti sint, contro-

---

[1]) Walenty Kuczborski, Archidyakon Pomorski, Kanonik Krakowski i Warmiński.

versia esse videtur. Quod factum etsi enorme videri possit, magis tamen in eo imprudentia quam malevolentia peccatum esse videtur, cum in primo limine a me repressi ac correpti incepto destiterint, atque post ingenue sint fassi, se eos nemini praeterquam Nuntio Apostolico, mihi, Patricio et Solicovio ostendisse, quorum nemo est, qui non dignitatem I. ac R. D. vestrae amet, colat et tueatur. Quod si hunc magis errorem, quam facinus Capituli I. et R. D. vestra ad eum quem praesefert modum vindicare volet, vereor, ne ea res ita sit importuna, ut plus ex ea incommodi quam utilitatis sperandum sit, hoc praesertim tempore, quo Regni Comitia sunt prae foribus. In quibus Capitulum, quod quidem nunc omnia de se pollicetur, dignitati I. et R. D. vestrae accommodare et ipsius gratiam sibi reconciliare non solum optat, sed etiam desiderat, si nunc exasperatum fuerit, se ipsum non deseret, sed nactum non dissimiles patronos, rem per se odiosam dilatabit, exagerabit ac ex culice elephantum, ut dicitur, faciet, non sine exigua dignitatis ejus, cum apud contribules suos, tum apud externos, offensione. Ut igitur sese I. ac R. D. vestra cum hisce scriptis ac defensionibus adhuc continere velit, non solum consulo, sed etiam majorem in modum peto. Daturus porro operam cum aliis I. ac R. D. vestrae amantissimis, ut huic negotio cum quanta maxima ejus dignitate finis imponatur et ipsi a Capitulo satisfiat, et ea vicissim erga illud clementem et paternum imbuat animum. Dabo autem operam, si I. ac R. D. vestra mihi acquieverit, ut neque I. ac R. D. vestram morem gessisse, neque me dati consilii poeniteat. Quod si, quod non spero, vel Capitulum aliquid in se officii ea in re desiderari permiserit, vel aliquid intercedat, quominus I. ac R. D. vestrae satisfactum fuerit, nihil obstabit, quin ea jus suum ac coeptas actiones prosequatur. Sat temporis est semper ad id quod ingratum est. Modo ut I. ac R. D. vestra nunc aliquid tempori concedat, et aliquid de festinatione remittat. Bene autem mihi polliceor, I. ac R. D. vestram tam grato animo admonitionem meam suscepturam esse, quam ex optimo studio ea proficiscerentur.

Quod reliquum est, I. ac R. D. vestrae me commendo, eamque diutissime salvam, felicem et incolumem esse desidero.

Dat. Varsaviae 23 Novembris A. D. 1571.

CC.

Commissio in negotio Sigismuudi Zebrzydowski.

Sigismundus Augustus etc.

Expositum est nobis per Generosum Sigismundum Zebrzydowski, Tribunum Cracoviensem, Tenutarium bonorum nostrorum Gora, et aulicum nostrum, in praedio et in aliis villis tenutae praefatae suae magnam esse factam in frugibus hiemalibus, et maxime siligine, permissione divina, jacturam, quod scilicet maturescente atque florem producente siligine, gelua acerrima atque aeris corrupti vis ingens ita eam afflixerunt, ut virens adhuc floremque tunc producens, repente vi frigoris dealberetur, flosque omnis ejus unde grani proventus sperabatur, corrumperetur, ex quo ipso granum omne corruptum et prope in nihilum redactum sit. Et quoniam praenominatae tenutae nostrae proventus magna ex parte in frumentorum et maxime siliginis crescentia consistunt, sine dubio, propter praenominatam frumentorum jacturam et corruptionem, magnam proventuum tenutae praefatae diminutionem sequi necesse est. Nos itaque aequum esse censentes habere rationem ejusmodi damni, divina permissione nostris et reipublicae bonis illati, ne scilicet post hac Tenutarius noster ad reddendos integre thesauro nostro et reipublicae nostrae proventus per officiales nostros magno suo damno et detrimento cogatur, et ut etiam certius ac manifestius de praefato damno cognoscamus, vobis, quorum nobis fides, integritas, dexteritas, in rebus cognoscendis ac dijudicandis peritia nota est, negotium hoc conspiciendorum et aestimandorum dictorum damnorum committendum esse duximus, committimusque praesentibus litteris nostris,

mandantes, ut habita inter vos mutua intelligentia, captatoque certo tempore, in praedium ac in alias villas praenominatae tenutae nostrae descendatis, diligenterque omnem illam jacturam inspiciatis, computetisque quot cassulae frumenti illius corrupti colligi possint, damnum etiam aestimetis, hoc diligenter annotantes in quo campo facta sit illa frugum corruptio, ut scilicet collatis Revisorum nostrorum inventariis, cognoscere possimus, quantum ille campus frumentorum producat, eaque omnia diligenter conscripta litteris suis patentibus nobis significent. In quibus omnibus conscientias vestras oneramus.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris A. D. 1571.

CCI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis. Quod cum ad nos per executionem legum publicarum regni nostri devoluta esset domus quaedam, in circulo oppidi nostri Robczyce inter . . . . . Młynarczyk ex una et Matiam Kuśnierz ex altera partibus sita, quam domum Generosus olim Achacius Jordan, praefectus Theloneorum nostrorum Rutenicorum, pecunia nostra comparaverat et eandem nos post mortem ejus Generoso Stanislao Bączalski donatione perpetua (quae omnes et singulae constitutionibus publicis sunt abrogatae) donaveramus. Nos habentes rationem fidelium obsequiorum Generosi Sigismundi Zebrzydowski, Tribuni Cracoviensis et Tenutarii bonorum nostrorum Gora ac Aulici nostri, quae nobis a multo tempore summo cum studio, tam in aula nostra, quam in bello adversus Moscovitas praestitit et adhuc in aula nostra praestare non desistit, ipsi domum hanc cum omnibus ejus utilitatibus et cum omni jure nostro, quod desuper habuimus, ad extrema vitae ipsius tempora damus et dona-

mus. Pollicemurque et promittimus pro nobis et SS. successoribus nostris ipsum in advitalitate ejus domus, quoad vixerit, conservaturos esse, nec eum inde quacumque fisci, culinae, seu mensae nostrae aut qualibet alia de causa amoturos, aut amoveri permissuros esse. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo Regni nostri communiri jussimus [1]).

Dat. Varsaviae die 15 Julii A. D. 1570. R. n. 41.

CCII.

Sigismundus Augustus etc.

Famatis Proconsuli et Consulibus, Advocato quoque et Scabinis civitatis nostrae Posnaniensis f. n. d. Gratiam nostram regiam. Famati f. d. Perlatum est ad nos famatum Bartholomeum Pernam, Italum et incolam civitatis Posnaniensis, contracto non exiguae summae debito apud Nobiles Augustinum Burlamacchi et Joannem Nobili cives Lucenses, qui in regno nostro negotiantur, nolle debitum illud solvere, quin potius constituisse in animo habere facultates suas, inprimis autem domum, quam in civitate nostra Posnaniensi possidet, in fraudem praedictorum creditorum alienare primo quoque tempore. Quod si fieret, praedicti quidem creditores ejus prorsus eluderentur, nec amplius unde suum repeterent, habere posse viderentur. Supplicatumque nobis est, ut eis ex justitia et benignitate nostra opportune provideretur. Quamobrem nos considerantes maximam partem justitiae, in rebus creditis persolvendis versari, mandamus F. vestris serio, ita habere volentes, ut posteaquam F. vestris legitime ostensum ac deductum fue-

---

[1]) Rzeczony dokument, wydany pod dniem 15 Lipca 1570 roku, powinien być właściwie wyżej zamieszczony; akt ten bowiem poprzedził nadanie Króla temuż Zygmuntowi Zebrzydowskiemu dożywocia w Powiecie Pilsneńskim miasta Robczyc, i t. d. Patrz Cz. II, N. CXLIV.

rit, nomine Augustini et Joannis praedictorum, de qualitate et quantitate crediti ejus, quod sibi a praefato Bartholomeo Perna debetur, provideatis ex officio vestro, ne qua alienatio domus praedictae in fraudem eorum subsequatur, nisi prius plane et in toto ipsis fuerit a Bartholomeo satisfactum. Et omnino perficiant F. vestrae jure mediante, ut praedicti creditores ad id quod suum est possint primo quoque tempore pervenire. Secus F. vestrae ne fecerint pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 7 Decembris A. D. 1571.

CCIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Non magnopere erat quod P. vestrae his temporibus scriberemus: ac ne nunc quidem est magnopere quod scribamus. Sed tamen aliquot epistolis P. vestrae ita respondemus. De censu Neapolitano ferre ac pati necesse est, quando agendo nihil proficimus. In quo nostra quidem patientia toties laesa degenerare interdum in impatientiam quandam incipit, verum ea tamen dissimulanda est ad tempus, ne, qui mali sunt, eos deteriores reddamus, frustra irritando. Atqui existimabamus commodiores fore, si nostrum nobis unciatim, et, ut P. vestra scribit, per partes solvi permitteremus, sicuti fecisse nos, ex litteris nostris ad ultimam Octobris datis P. vestra intellexit. Videamus igitur hoc etiam ipsum quid aut quantum valeat. Interea P. vestra, per omnem commoditatem, causae ne desit, commoditate ingenii atque prudentiae suae ad temporis commoditatem adhibita. Nos hic publice pro victoria Christianorum Deo immortali gratias egimus solenni supplicatione. In reliquo ita nos geremus, uti et regni ac dominiorum nostrorum ratio, et nostra majorumque nostrorum dignitas exposcere videbuntur. In quo quidem gratum

nobis fuit sententiam P. vestrae, tum ex litteris ipsius, tum ex sermone R. Vicecancellarii regni nostri intelligere. Quod scribit P. vestra pro quodam Josepho Otolengo (quae litterae non ita pridem nobis sunt redditae, cum scriptae essent in Januario) is quidem hactenus non comparet. Si venerit, quae ad nos adferet cognoscemus, et quantum maxime poterimus, homini gratiam nostram declarabimus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 10 Decembris A. D. 1571.

CCIV.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano [1].

Beatissime Pater et D. D. colendissime etc. Reddidit mihi nuper R. D. Vincentius Porticus S. vestrae apud me Nuntius litteras S. vestrae, de victoria divinitus ad Christianos proxime delata, adversus inimicos crucis Christianae. Quae quidem victoria, etsi etiam aliunde ad nos aliquanto ante allata fuit, tamen non minorem profecto mihi voluptatem attulit sermo ipse litterarum S. vestrae, in quibus id, quod mihi alioqui dubium nunquam fuit, magis etiam recognovi, totum opus illud fuisse dexterae excelsi ac praepotentis Dei. Itaque, nulla interposita mora, publice numini ipsius gratias egimus, qui se hoc indicio, etiam ad posteritatem memorabili, rebus quidem Christianorum propitium et faventem, hostibus autem et inimicis infestissimum esse declaravit. In reliquo libenter, quoad in me situm erit, praestabo meam majorumque meorum virtutem, in iis, quae ex regni mei, ceterorumque Christianorum regnorum usu fore videbuntur, hoc magis, si voluntas mea nullis fuerit

---

[1]) Pius V.

praeposteris aliorum principum studiis retardata. Commendo me etc.

Dat. Varsaviae die 11 Decembris A. D. 1571.

CCV.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Venetiarum [1]).

S. Principi etc. S. Princeps etc. Accepimus nuper litteras S. vestrae de ea victoria, quam divinitus proximis diebus classi Christianorum obtigisse, ipso etiam rumore nuncio, antea jam cognoveramus. In quo sane ex animo reipublicae isti, atque adeo universae Christianitati gratulamur, quae sibi tam praesentem et propitium Deum esse sensit in tanto ardore dimicationis. Cujus quidem numini nos quoque ipsi, pro communi officio regis Christiani, gratias publice egimus, qui nomen Christianum tanta victoria voluit cumulare. In reliquo et factum quidem S. vestrae, quae nos de ejusmodi rerum felici successu fecit per litteras suas certiores, grato prorsus et jucundo animo accepimus et quantum in nobis est, omnem nostram benevolentiam tum S. vestrae, tum reipublicae isti deferimus.

Dat. Varsaviae die 11 Decembris A. D. 1571.

CCVI.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. etc. Quae esset mea sententia de his rebus, quae I. P. vestra cum Capitulo Varmiensi intercedunt, superioribus

---

[1]) Aloizy Mocenigo, Doża Wenecyański.

diebus satis me arbitror ad illam perscripsisse. Nunc etiam nihil muto. Cum enim omnia etiam atque etiam considero, non video cur me possit sententiae meae poenitere. De templo Belial, quod scribit Cracoviae P. vestra exaedificatum esse, non concedo P. vestrae I. majorem ut ipsa ex ea re molestiam capiat. Quod quidem ita esse, et publice et privatim prae me fero. Insto etiam quantum possum et urgeo, novum ut opus nuncietur. In quo egregium admodum habeo adjutorem R. D. Legatum Pontificium [1]); verum ego quidem eam mihi potestatem non arrogo, ut omnia pro arbitrio meo geram; interdum et quidem multo saepius, tempori cedere necesse habeo, quod olim apud priscum illud saeculum reputatum est esse sapientis. Regiam quidem Majestatem quod attinet, sancte affirmat, quicquid ejus factum est, se inconsulto factum esse, quicquid dicant, aut quicquid etiam sibi blandiantur alii. Quin igitur infectum reddit, quod praeter voluntatem suam factum est? Non dubito quidem aliquando facturam esse, et quod possum opto, addo etiam, consulo et adjuto. Verum, ut nunc quidem res habent, magnos motus in comitiis fore sibi persuasit Majestas ejus, si quid ejusmodi ante comitia attentetur, qui motus quidem, si mali aliud nihil adferant, deliberationes quidem certe comitiorum de rebus maxime necessariis impedituri, et ad has istas contentiones minus necessarias essent traducturi. In reliquo piam admodum Majestatis ejus voluntatem experior et cognosco. Cui etiam sententiam P. vestrae I. luculenter exposui de tota ea ratione, quam P. vestra sequendam esse existimat, in accipiendo foedere principum Christianorum. Quam quidem sententiam Majestas ipsius videtur attento satis animo audivisse. De parte pecuniae, an videlicet Majestas ejus accipiendam existimet a Vicerege [2]), si offeratur, responsum est I. P. vestrae jampridem. Od złych dłużników i plewami brać nie wadzi. I. D. Cardinalis Commendonus nondum huc venit.

---

[1]) Wincenty Portico.

[2]) Antoni Granvelle, Wicekról Neapolitański.

Cum venerit, libenter litteras P. vestrae I., cum illo quod scribit, communicari jubebo. Commendo obsequia mea P. vestrae, quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 12 Decembris A. D. 1571.

CCVII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Exemplum brevis Pontificii do X. Kardynała Kommendona de rebus cleri nostri, miałem od W. M. Za co i za nowiny drukowane około tej porażki armaty Tureckiej, któreś mi W. M. posłał, W. M. dziękuję. U nas tu nie masz nic nowego. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae ut supra.

CCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

St. Klodzinski.

Venerabilis d. n. d. Iż pieniędzy jeszcze onych dawnych od Angelów nie mamy, a z strony ich tę nam sprawę dają, iż też oni ku nim do tych czasów jeszcze przyjść nie mogą, jakoż im ono było w Neapolim uwiązły za fallimentem kupców, rozkazujemy wam, abyście się imieniem naszem do urzędu uciekli, a zażądali imieniem naszem, aby Petro Angeli, który tam dla tego już od kilka miesięcy mieszka, była w tej mierze prędka a nieodwłoczna sprawiedliwość uczyniona, a tem prędsza, iż to pieniądze są nasze. Owa tak czyńcie, jakoby po was w tej mierze Angeli wszelaką pomoc znali, a jakobyśmy my ku tym pieniędzom tandem przyjść mogli. Około innych rze-

czy, które nam piszecie, inszego czasu odpowiedź mieć będziecie. In causa universitatis Hostunensis posłaliśmy, co ztąd być mogło. Jeśliby mało na tem, dajcie nam znać disertis verbis, czegoby nominatim potrzeba. Kauzy naszych pilnujcie i pilnować każcie. Około wyciągania pieniędzy tak się sprawujcie, jakośmy wam pisali przodkiem 26 Septembris (na co jeszcze odpisu od was żadnego nie mamy) a potem ultima Octobris.

Dat. Varsaviae die 12 Decembris A. D. 1571.

CCIX.

Franciscus Krasinski, Viccecancellarius Regni.

Andreae Angeli.

M. Andrea mio charissimo. M. Hieronim Fogliola zawiadomiony został o postanowieniu J. K. M., nietrzymania przez pewien przeciąg czasu żadnego agenta w Wenecyi. Zechcecie się przeto zająć odbieraniem listów i depesz do J. K. M. z poczty Rzymskiej. Rachunki poniesionych wydatków w tym interesie prowadzić będziecie i przedstawiać wraz z expedyowanemi depeszami. Szczególną zaś raczycie zwrócić baczność, ażeby listy J. K. M. nie przechodziły przez ręce obcych i nieupoważnionych przez was osób. Tak czyńcie, ażeby J. K. M. nie powziął innego w tej mierze postanowienia. Co do dalszych rozporządzeń, zostaniecie uwiadomieni przezemnie lub przez J. K. M. Bywajcie zdrowi [1]).

Varsaviae 12 Decembris 1571.

---

[1]) Niniejszy list, jako też i następujący z kolei, podajemy w przekładzie z włoskiego.

CCX.

Idem.

Petro Maffoni.

M. Pietro mio carissimo. Otrzymałem list wasz pełen ważnych wiadomości dla J. K. M., nie mogę zatem dostatecznie odpowiedzieć na wszystkie zawarte w nim punkta. Przesyłam W. M. panu tylko podwodę [1]), o którą staraliście się poprzednio usilnie przez Doktora Patrycego, lecz napróżno, ponieważ zabronił J. K. M. wydawania komukolwiek podwód, za wyjątkiem własnych Komorników J. K. M. Wątpię zatem, czy list, który kommunikujemy wam obecnie, może posłużyć do jakiegokolwiek użytku. Co dotycze się spraw innych, o których mi piszecie, nie zaniedbam przy pierwszej sposobności przedstawić J. K. M., otrzymawszy zaś rezolucyę, doniosę o takowej W. M. M. panu. Postaram się, ażeby rezolucya pożądaną była dla was i dla waszego Towarzystwa, nie wątpiąc, że w tym razie uczyni się zadość interesom J. K. M. Niechaj Bóg zachowa was w dobrem zdrowiu [2]).

Varsaviae 12 Decembris 1571.

CCXI.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Wyrozumiawszy W. M. z tego listu, który W. M. posyłam, meritum

---

[1]) To jest: list na branie podwód.

[2]) Tłómaczenie z włoskiego.

causae i to czego potrzebują poddani Króla J. M. z Starostwa Krzepickiego, staraj się W. M. u Cesarza J. M., aby P. Hetmanowi Opolskiemu [1]) rozkazał akkomodować się w tej mierze supplicationi eorum, gdyż jest sluszna et conformis paktom, które Cesarzowi J. M. z Królem J. M. i z Koroną Polską intercedunt. Nie chcę tej rzeczy długo W. M. zalecać, gdyż W. M. wiesz, iż ja P. Starostę Krzepickiego [2]), który mi to negotium kommenduje, miłuję, tak dla niego samego, jako propter memoriam patris et patrui ejus, którzy oba byli na mię łaskawi. Proszę jednak, abyśmy to u Cesarza J. M. co rychlej odzierżeć mogli. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 13 Decembris A. D. 1571.

CCXII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Gdyż się tam jeszcze Angeli w Neapolim nie odprawili około onych pieniędzy, które były uwiązły w banku falitym, proszę pomagaj im W. M. imieniem Króla J. M. do wyciągania ich, tak jako też J. K. M. pisze, a pomagaj W. M. tak, żeby ludzie poznali, iż to jest własna rzecz Króla J. M. W czem mnie też W. M. uczynisz rzecz wdzięczną.

Dat. Varsaviae die 13 Decembris A. D. 1571.

---

[1]) Może Oppersdorf, Starosta Opolski, o którym pisze Ks. Franciszek Krasiński w liście do Króla z 1568 roku. (Patrz: Dyaryusz Poselstwa do Ces. Maxymiliana.)

[2]) Mikołaj Wolski, Starosta Krzepicki, później Miecznik Koronny (1574), nakoniec Marszałek W. Kor. (1615).

CCXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Venetiarum [1].

S. etc. S. Princeps D. amice noster charissime. Cum intellexissemus Nobilem hunc Simonem Latkowski [2] subditum nostrum et Militem sancti Joannis Baptistae Hierosolymitani, deliberatum habere peregre in militiam proficisci, sub hoc praesertim tempus induciarum cum hostibus ac inimicis nostris, collaudato inprimis hoc proposito ipsius, faciendum nobis esse existimavimus, ut ne ei quaquaversum deesse videatur commendatio litterarum nostrarum. Quamobrem, si eum istuc ad S. vestram venire contigerit, scito S. vestra eum esse non solum domi suae nobilem, verum etiam in iis bellicis negotiis, cum alibi tum ante sex fere annos in obsidione illa Melitensi, non sine laude versatum: cujus rei testimonia satis honorifica nos ipsi vidimus. Itaque eum S. vestrae commendamus, ab eaque postulamus rationem, ut ipsius eam haberi faciat, quam et genus et virtus ipsius, et vero etiam haec ista commendatio litterarum nostrarum requirit. Eam enim de illo spem habemus, ut facile confidamus eum Reipublicae S. vestrae, si eo ventum fuerit, industriam et virtutem suam magnopere esse probaturum.

Dat. Varsaviae die 18 Decembris A. D. 1571.

---

[1]) Aloizy Mocenigo.

[2]) Szymon Łatkowski, h. Róża, Kawaler Maltański, według świadectwa Paprockiego, był kapitanem w wojsku Cesarza Maxymiliana, od którego otrzymał w nagrodę rycerskich zasług Komandorstwo Opawskie.

CCXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Joanni Rubero.

Magnifice s. n. d. Nobilis hic Simon Latkowski subditus noster, nobili loco ortus et miles S. Joannis Baptistae Hierosolymitani, consilium coepit peregre in militiam proficiscendi. Quod nos quidem propositum ipsius commendatione litterarum nostrarum prosequendum nobis esse existimavimus. Itaque eum Sin. vestrae de meliori nota commendamus, non ut tironem, sed uti militem etiam alias in proeliis versatum, non sine approbatione eorum qui cum imperio erant. Nam inter cetera in obsidione illa Melitensi, quae fuit ante sexennum, ita se gessit, ut non minimam virtutis et navitatis suae approbationem merucrit. Gratissimum nobis fuerit, eum etiam a Sin. vestra ita tractari, uti nobilitas et virtus ipsius requirit et commendatio haec litterarum nostrarum.

Dat. Varsaviae die 18 Decembris A. D. 1571.

CCXV.

Sigismundus Augustus etc.

Martino Cromero.

Venerabilis d. n. d. Quandoquidem Coadjutoria Episcopatus Varmiensis ita est jam constituta, uti D. tua non ignorat, admonendam esse D. tuam existimavimus veteris et perpetui juris nostri, quod antiquitus ad omnia sacerdotia obtinemus, eorum quos ad Episcopatus solemus promovere, de quo sane ipsa D. tua non ignorat. Itaque hortamur D. tuam, ne quam sibi de sacerdotiis suis disponendi facultatem usurpet

praeter scientiam aut voluntatem nostram. Decretum enim nobis est in distribuendis ipsis jure nostro uti, ubi maturum esse viderimus. In quo sane non dubitamus D. tuam ita se juri et voluntati nostrae accommodaturam esse, ut ne qua nobis occasio praeberi videatur, poenitendi eorum quae pro D. tua non ita pridem magno et libenti animo suscepta a nobis et gesta sunt. Qua de re etiam R. D. Cardinali Varmiensi diligenter scripsimus.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Ad singula verba litterarum R. D. vestrae respondere, non est sane otii mei. Caput est de exactione, quam, ut video, omnibus modis R. D. vestra a subditis Episcopatus cuperet removere. Et sane si quis persuasionibus locus esset, aut haec sunt quae adfert R. D. vestra, quibus posset exactio ista dissuaderi, aut nihil praeterea. Res enim profecto ita habet, ut scribit R. D. vestra. Deberemus esse.... verum nos quidem ad haec ista jampridem obduruimus, quod mihi quidem quoque ipsi non probatur. Sanguinolentas lachrymas multo etiam magis ex aliis regni partibus videre licet, in quibus multo est major calamitas facta his et superioribus annis, quam in terris Prussiae et tamen apud nos; unde habeas quod in exactionem impendas, quaerit nemo, sed oportet habere. Itaque multi domini sunt, qui vicem suorum colonorum miserati, ipsi de suo pro colonis dependunt, quorum mihi sane pietas maxime videtur commendata. Quod R. D. vestram attinet, video nihil eam reliquisse intentatum, qui posset a subditis illis eam calamitatem avertere. Deinceps

quid aliud agat, non video, quam ut ne frustra nitendo odium sibi acquirat minime necessarium.

Sat patriae Priamoque datum, si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent [1]).

De aratro et respiciendo retro quod scribit, edissere nobis hanc parabolam. Elbingensium causa, quam mihi R. D. vestra commendat, agi hoc tempore non potuit, propter limitationem quae intercessit. Cum dies limitationis decurrerit, non deero officio meo et causae ipsius aequitati, quae proponetur. Bene valeat R. D. vestra.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1571.

CCXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Litterae, quas ad nos hactenus mittebat P. vestra, eae Venetiis ex camera cursus publici redimebantur per Fogliolas [2]), Agentes nostros Venetiis: atque haec erat una fere eorum Agentium cura. Nunc igitur quoniam Agentibus ejusmodi opus habere non videmur, jubeat semper P. vestra litteras nostras involvi in fasciculum inscriptum Administratoribus Postae nostrae Venetiis, qui dicuntur cognomento Angeli. His enim interea curam redimendarum litterarum nostrarum commisimus, usque ad aliam informationem nostram.

Scribit ad nos P. vestra, confectas esse litteras S. D. nostri, cum facultate examinandorum testium adversus Barrabam in

---

[1]) Przytoczone z Eneidy Wirgiliusza (patrz Ks. II. w. 291—292).

[2]) Bernard i Hieronim Fogliolowie.

regno nostro, pro R. D. Cardinali Commendono. Eas igitur litteras det operam P. vestra, ut habeamus primo quoque tempore, ne vel antea a nobis Cardinalis abeat, quam eae litterae perveniant, vel aliquid denique incurrat, quod rem ipsam possit impedire. Etenim negotii hujus Barensi nostri, uti coepit ab initio, ita etiam durat hucusque admirabilis quaedam ratio, quod inde etiam poterit P. vestra intelligere. Meminimus ex litteris P. vestrae pridem ad nos scriptis, demandatam fuisse curam ejus negotii R. D. Cardinali Alexandrino [1]), nomine S. D. Nostri [2]), atque etiam ita demandatam, ut instructio ipsi quoque a P. vestra data fuerit. Nunc scribit Volscius, cum Cardinalem eo nomine in Hispaniis adiisset, responsum retulisse, nulla se de hoc negotio mandata cujusquam habuisse. Itaque in his ejusmodi rebus quid divinemus, plane non habemus. Poterit P. vestra, et nostro et Volscii nomine dissimulato, aliquam tamen ei rei istic medicinam adhibere. Deliberatum enim nobis est, nisi persuasionibus Cardinalis Alexandrini profectum aliquid viderimus, alia quadam via rem aggredi, digna genere et nomine regio nostro. Affertur ad nos subaccusari interdum consilium nostrum ab hominibus Hispaniensibus, quod, cum ratione haereditatis istius maternae simus in fide quasi et clientela S. Hispaniarum regis, audeamus tamen vel ad jus provocare cum S. illius, feudi domino, vel alia remedia quaerere ab officio vasallorum quodammodo aliena. Nos vero qua majore animi moderatione uti posse in hoc negotio videamur, non intelligimus, quam cum totam eam rem ipsius S. Regis conscientiae permittimus: quemadmodum fecimus in iis litteris, ad quas toto fere biennio nondum nobis respondetur. Praeterea autem quod de vasallatu dicunt, tum demum sane aliquid dicere viderentur, si ad possessionem ejus feudi admitteremur, cujus ratione vere vasalli et feudatarii S. Regis illius et esse et dici videremur. Nunc autem, exclusis nobis a possessione feudi

---

[1]) Michał Bonellus.
[2]) Papież Pius V.

nihil plane dicere videntur. Quanta autem est per Deum et quam acerba haec calumnia? Cum feudi restitutionem petimus, a quo per summam injuriam, causa indicta, depulsi sumus, omnibus modis a feudo indignissime arcemur: cum autem nos in tam manifesta injuria silere non posse ostendimus, ab officio feudatarii et vasalli discedere dicimur. Alterum faciant, vel nos vasallos habeant, feudo nostro restituto, et tunc demum vasalli officia a nobis exigant: vel si feudum negant, patiantur nos omnibus legitimis et rege dignis rationibus jus nostrum, quoad poterimus, prosequi et tueri. Haec nos ex majore quadam otii abundantia ad P. vestram scribimus, ut iis per omnem occasionem suo nomine uti possit, ubi opus fuerit. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A.D.1571. Regni vero nostri 42.

CCXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Camillo Brancatio.

Magnifice s. n. d. Retulit nobis de Sin. vestra pleraque Generosus Joannes Antonius Petrarola, Aulicus noster, cum istinc rediisset: quae nos quidem omnia videmus congruere cum fide S. vestrae erga nos et cum ea gratia ac benevolentia nostra, quam S. vestrae exhibemus. Quamobrem jucundum nobis fuerit, si porro eadem de Sin. vestra et audiamus et re ipsa experiamur, quibus gratia ac benevolentia nostra erga illam magis possit ac magis confirmari. De quo quidem non dubitamus. Ad praetendentias, quas se istic in archivo scribit reperisse, jampridem et Sin. vestrae, et ipsi etiam R. D. Cardinali Varmiensi de sententia nostra respondimus, gratum esse nobis officium Sin. vestrae, multo autem futurum gratius, si quis istic locus ejusmodi praetendentiis datus fuerit, opera et studio Sin.

vestrae. Quod Felicem Minutillum attinet, pergratum est nobis utriusque vestrum studium: quo ipso etiam libenter nunc jam uteremur, nisi causa ipsa principalis de restituendis nobis nostris statibus animum nostrum maxime occupasset. Ubi ea transacta fuerit, tum demum de ceteris quoque rebus, ad quàs nobis Minutillus operam suam defert, cogitationem suscipiemus. Interea Sin. vestra testimonia ipsius veritatis et justitiae si quam plurima potest conquisierit ac retinuerit, et boni quidem viri officio perfungetur, et nobis rem gratam est factura.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Felici Minutillo.

Magnifice s. n. d. Pergratum est nobis studium Sin. vestrae, quod ad nos defert per litteras suas plenas et fidei et observantiae erga nos. Quo quidem studio Sin. vestrae non praetermittemus uti tunc pro justitia nostra, cum opus habuerimus. Interea Sin. vestra voluntatem hanc suam praeclaram erga nos et erga aequitatem causae nostrae conservet diligenter, et de nostra gratia ac benevolentia optime sibi persuadeat.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

CCXX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabilis d. n. d. Iż temi czasy pisał do nas Camillo Brancaci, uskarżając się, iż się mu nie zawżdy odpisuje, przeto

piszemy mu eo exemplo quod D. tuae mittimus. A iż też nam pisał ten isty Minutillus, o którymeście wy też nam znać dali, ofiarując się etc., przeto i temu odpisujemy na ten kształt, jako wyrozumiecie z kopii listu, którą też wam posyłamy. Nie godzi się inaczej jedno przyjmować in omnem eventum takie studia ludzkie, kiedy je ofiarują. Co i wy od nas wiedząc, zachowajcie się tymże obyczajem przeciw każdemu w tej mierze, nie odtrącając nikogo, kto się jedno ku nam mieć chce, obiecując bonis verbis każdemu łaskę naszę etc. jedno nic mianowicie nie stanowiąc.

Pieniądze od Wicereja starajcie się aby były, a bierzcie co jedno dadzą, a ostatka się upominajcie.

Kupcom Barskim, gdyż wy sprawiedliwym długiem to być rozumiecie, zapłaćcie, a jeśli pieniędzy nie macie, jakoż i chociażby były, pamiętamy, żeśmy się wam z niemi oglądać na co inszego kazali; tedy im dobrą nadzieję o zapłacie uczyńcie. Absolutionem Lampognani [1]) a juramento, którą piszecie, żebyście nam posłali, nie mieliśmy.

Listy, które do nas piszecie, odsyłajcie do X. Kardynała [2]) albo do Tycyna [3]), a oni już mają naukę jako je do nas przesyłać mają, bo Agenta w Wenecyi dla wykupowania listów, jakośmy Fogliolę [4]) mieli, dalej na ten czas nie potrzebujemy i jużeśmy mu tę służbę wypowiedzieli.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

---

[1]) Bernard Lampognani.
[2]) X. Stanisław Hozyusz.
[3]) Jerzy Ticini, Kantor Łęczycki.
[4]) Hieronim Fogliola.

CCXXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Camillo Brancatio.

I. et M. D. amice charissime et honorande. Legi litteras Mag. vestrae S. R. Majestati, sicuti semper fere facere soleo nisi cum Majestas ejus Regia majoribus negotiis solet esse occupata. Quam gratum autem fuerit Majestati illius studium Mag. vestrae, ex ipsius Majestatis litteris cognoscet Mag. vestra. Non est autem quod miretur, non ad singulas litteras sibi a Majestate ejus responderi, tum quia Majestas ejus interdum his negotiis Neapolitanis vacare non potest, tum vero quia eadem Majestas memoria tenet, omnibus qui haec negotia Majestatis ejus Barensia curant atque administrant, se injunxisse, ut, quoniam ipsa ejusmodi negotiis non semper vacare potest omnibus de rebus ad I. et R. D. Cardinalem Varmiensem referant et omnia ex sententia I. D. ejus constituant. Quae res etiam ad Magnificentiam vestram perscripta pridem fuit. Quoties vacat Majestati ejus, et quoties ipsa intelligit suam proprie de aliqua re sententiam requiri, non solemus praetermittere, quin de Majestatis ejus sententia eos quorum interest faciamus certiores. Dominus Petrarola ad nos rediit, qui etsi equum, quem miserat ad me M. vestra adducere, propter errorem in litteris de facultate exeundi commissum, non potuit, compluribus tamen aliis indiciis certiorem me fecit de benevolentia erga me singulari Mag. vestrae. Qui ipsius sermo fuit mihi profecto jucundissimus. Quod ad equum attinet, adscribatur hoc interim meo infortunio, equum hoc tempore adduci a Mag. vestra ad me non potuisse, deinceps equidem non dubito, quin commodiore tempore vel hic idem, qui Petrarolae fuit assignatus, vel alius nihilo illo inferior ad me adducatur. Perspectum enim habeo Mag. vestram equis abundare. Itaque postea ubi equum volue-

ro, suo tempore Mag. vestram admonebo et hunc promissum equum ad aliud tempus conservabo. Interea me Mag. vestra in rebus suis et suorum utatur libere. Praestabo in omnibus Mag. vestrae studium et benevolentiam meam. Optime valere M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

CCXXII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Iż Król J. M. agentia w Wenecyi Foglioli [1]) wypowiedzieć temi czasy raczył, ponieważ na ten czas Agenta takiego nie potrzebuje, przeto jest wola i rozkazanie J. K. M., abyście W. M. listy swe do Angelów, którzy w Wenecyi i w Wiedniu postę J. K. M. sprawują, listy i insze rzeczy J. K. M. intytułowali, a oni to z posty rzymskiej wykupować i Królowi J. M. przesyłać mają, usque ad aliam informationem S. R. Majestatis. Także też W. M. czyń i z listy i z rzeczami innemi, gdy się jakie trafią. Dał tu znać J. M. X. Kardynał, com też przedtem z pisania W. M. był wyrozumiał, iż S. D. noster zlecił examen eorum testium contra Papacodam [2]), którzyby się tu znaleść mogli, Cardinali Commendono i już snać to breve gotowe było. A tak iż się tu X. Kardynała Kommendona codzień spodziewamy, proszę postaraj się W. M., aby to breve co najrychlej tu dojść mogło, dla przysługi Króla J. M.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris 1571.

---

[1]) Hieronim Fogliola.

[2]) Jan Wawrzyniec Papagoda.

CCXXIII.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. etc. Quicquid erat quod scribi possit ad I. P. vestram, id in regiae Majestatis litteris est perscriptum, aut si quid praeter ea, id cognoscet ex iis, quas per proximos tabellarios ad illam dedi. Examen testium adversus Barrabam, ut I. D. Commendono Cardinali committatur, expectamus. Perficiat igitur I. P. vestra, ut ejus facultatis litteras quamprimum habeamus. Nam Cardinalem ipsum indies expectamus. Bene valere I. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 20 Decembris 1571.

CCXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Oznajmujem tym listem naszym, komu to wiedzieć należy, wszystkim i każdemu zosobna. Iż niedawnemi czasy postanowiliśmy sługi nasze niektóre w Rabce wsi nieboszczyka P. Jordana Spytka [1]) Kasztelana Krakowskiego i rozkazaliśmy im, aby tam szukali soli bałwanistej, której znaków nie mało się tam pokazuje. Gdzie oni, czyniąc dosyć temu rozkazaniu naszemu, zaczęli tam robotę nie małą, do której nająć musieli towarzyszów i robotników wedla potrzeby. Lecz, iż nam sprawę dano, jakoby tam przez te towarzysze i robotniki ich wielkie rozpustności i swowoleństwa się działy, któremi się omie-

---

[1]) Wawrzyniec Spytek Jordan umarł Kasztelanem Krakowskim 1568 roku.

szkawa tamta robota niepomału, a zbytki nieprzystojne się mnożą, przeto my tym rzeczom zabieżeć a robocie przysporzyć chcąc, aby się w niej omieszkanie żadne nie działo, zlecamy zwierzchność wszelaką nad temi robotniki uczciwym ludziom a sługom naszym, przy tej tam robocie: Piotrowi Maffonowi i Bartłomiejowi Ortale, dając im obiema i każdemu z nich zosobna moc, występne a niedbałe robotniki wedla obyczaju górnego karać, swej woli i zbytków żadnych nie dopuszczać i wszystko insze w tej mierze czynić, co ku dobremu postanowieniu tej roboty i ku rządu należy. A tak wszystkim robotnikom, tam przy tej robocie któregokolwiek stanu będącym, srodze rozkazujemy, aby roboty pilni byli, zbytków i inszej rozpusty wszelakiej zaniechali, a przerzeczonych Piotra Maffona i Bartłomieja Ortale, we wszystkiem jako sług a poruczników naszych słuchali i im w każdej rzeczy posłuszni byli. Inszym też Wojewodom, Starostom, Podstarostom, Burmistrzom, Rajcom, Wójtom, Ławnikom i innym wszelakim urzędnikom naszym rozkazujemy, aby tego rządu i zlecenia naszego nie przeszkadzali, ale owszem aby tym sługom i porucznikom naszym, gdzieby ich do tego potrzebowali, na pomocy byli. Pod łaską naszą.

Dan w Warszawie d. 20 Grudnia 1571.

CCXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Pani Krakowskiej Jordanowej [1].

Magnifica s. n. d. Ku tej tam robocie około soli, którą z rozkazania naszego przedsięwzięli oni słudzy nasi, któreśmy

---

[1]) Wdowa po Wawrzyńcu Spytku Jordanie, Kasztelanie Krakowskim, Anna córka Mikołaja Sieniawskiego, Wojewody Ruskiego i Hetmana W. Kor.

przedtem W. W. oznajmili, potrzeba jest między innemi rzeczami drew do warzenia i do innych rzeczy. Około czego urzędnik W. W. czyni im nie małą trudność, wyciągając je codzień na większe pieniądze za drwa i broniąc im, aby zinąd drew kupować nie mogli ku tej potrzebie, jedno od niego. A tak, iż to co oni przedsięwzięli, z rozkazania naszego wzięli, a my w tem nie chcemy żadnej krzywdy ani ciężkości W. W. uczynić, rozkaż W. W. urzędnikowi temu swemu, aby albo około przedawania drew pobożnie się z niemi obchodził, za znośne i słuszne pieniądze drwa przedając, albo więc żeby im nie bronił opatrować się drwy zkąd inąd, gdzie za pieniądze swoje dostać módz będą. Gdyż to jest własna rzecz nasza. Co nie wątpimy, iż W. W. uważysz u siebie tak jako przystoi. Pod łaską naszą.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

CCXXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Maffoni.

M. Pietro mio charissimo. Posyłamy uniwersał zlecający wam władzę nad nieposłusznemi robotnikami. Zdaje mi się, że pismo to zredagowane jest stosownie do okoliczności. W razie gdyby co dodać wypadało, możecie mię uwiadomić. Posłaliśmy również w rzeczonym interesie list z gorącem przedstawieniem do pani Krakowskiej. Przykładajcie pilności i służcie Jego Królewskiej Mości, zatem przyjmijcie zapewnienie naszego przywiązania [1]).

Dat. Varsaviae die 20 Decembris 1571.

---

[1]) Przekład z włoskiego.

CCXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Nobilibus Bronisz, Gorski, Omieczyński et in absentia unius vel duorum, uni vel duobus eorum f. n. d. Gratiam nostram regiam. Nobiles f. d. Assignata est possessio bonorum Clodno Magnifici Alberti Laski Palatini Siradiensis, accedente consensu et mandato nostro, Nobili Carolo Soderini Servitori nostro. Quoniam autem nos possessiones omnium jure mediante tueri et defendere omni auctoritate nostra debemus, ne praetextibus hominum inquietorum perturbentur, maxime autem eas possessiones, quae mandato et consensu nostro intervenìente aditae sunt, et in quibus conservandis nostrae etiam privatae rationes aguntur, idcirco F. vestris mandamus serio et omnino habere volentes, ne praefatum Carolum Soderini in adita semel pacifica eorum bonorum possessione quoquomodo impedire, vel suo, vel alterius cujuscumque nomine audeant, sed eum bonis illis libere utifrui permittant. Quod si F. vestrae, aut si quis alius aliquid juris ad ea bona habere se praetendit, is non vi agere, sed jure poterit de eo experiri. Pro gratia nostra, et sub poenis in violentos bonorum invasores legibus et statutis regni constitutis, secus facere F. vestrae ne ausint.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris 1571.

CCXXVIII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Palatino Russiae [1].

Miłościwy Panie Wojewodo. Zalecam przyjacielskie służ-

---

[1]) Jerzy Jazłowiecki.

by swe W. M. swemu M. Panu. Niedawnemi czasy, za wolą J. M. P. Wojewody Sieradzkiego i przyzwoleniem Króla J. M., dostali tam Soderynowie, kupcy krakowscy a słudzy J. K. M., possessyi w Kłodno imienie J. M. P. Wojewody Sieradzkiego [1]). A iż jest imienie spustoszałe, obawiając się, żeby żołnierze w ostatku szkody jakiej znacznej nie uczynili, prosili mnie o przyczynę do W. M., żebyś W. M. z łaski swej tej tam dzierżawy od żołnierzów ochronić raczył. A tak, iż mi się zawżdy dobrze zachowywali Soderynowie, proszę W. M. niechajby w tem łaskę W. M. za przyczyną moją znali, żeby tam od żołnierzów przenagabania i szkody nie mieli. Cokolwiek W. M. dla Soderynów w tej mierze uczynisz, to ja W. M. będę odsługował i z niemi pospołu. A z tem się łaskawej przyjaźni W. M. pilnie zalecam.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

CCXXIX.

Idem.

Sebastiano Montelupi.

Panie Sebastyanie miły. Posyłam W. M. mandat Króla J. M. i list mój przyczynny do P. Wojewody Ruskiego w tej rzeczy, jako ze mną mówił P. Doktor Patrycy około Kłodna. Będzieli co jeszcze więcej potrzeba, daj mi W M. znać. A ja tego W. M. życzę, żebyś W. M. to tam imienie spokojnie trzymając, tak je sobie obwarować mógł, jakoby z najlepszym pożytkiem W. M. było. W czem nie oglądaj się W. M. na nikogo, tylko na bezpieczność a pożytek swój własny, którego ja W. M. życzę i życzyć będę, tak jako mi jedno W. M. podacie.

Dat. Varsaviae die 20 Decembris A. D. 1571.

---

[1]) Albrycht Łaski.

AKTA
1572.

CCXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium universis. Quod cum satis per haec tempora experti essemus fidem, studium, observantiam erga nos et denique industriam ac diligentiam singularem in negotiis nostris Magnifici Antonii Latertiani Tarentini, juris utriusque Doctoris et Secretarii atque Advocati nostri, quo saepe et multum tam intra regnum nostrum, quam etiam alibi in Germania apud Caesaream Majestatem [1]), in Hispania apud S. Hispaniae Regem [2]), in Italia denique apud Sedem Apostolicam, partim nos ipsi, partim ipsa quoque olim S. parens nostra libenter admodum usi sumus, faciendum nobis esse existimavimus, ut illum nunc etiam Venetias Agentem nostrum et negotiorum nostrorum gestorem mitteremus, ad procuranda istic in ea urbe, solita fide et diligentia, omnia negotia nostra, quae illi per occasionem commissuri sumus, tam apud S. Ducem [3]) et Rempublicam Venetiarum, quam apud alios privatos, cum quibus nobis rationes ullae intercedent. Itaque omnibus et singulis quorum interest denunciamus, ut illum ubique pro Agente et Secretario atque Advocato nostro agnoscant, eumque debita benevolentia et humanitate prosequantur, in negotiis etiam nostris, quae secum tra-

---

[1]) Maxymilian II.
[2]) Filip II.
[3]) Aloizy Mocenigo.

ctaturus est, fidem habeant et consilio auxilioque suo juvent. Quod quidem cum ab omnibus hominibus futurum est nobis gratissimum, tum vero hominibus potestatis nostrae ne secus fecerint, pro gratia nostra mandamus et imperamus. In quorum omnium fidem etc.

Dat. Varsaviae 2 Januarii 1572.

CCXXXI.

Litterae passus pro Ant. Latertiano.

Sigismnndus Augustus etc.

S. R. I. Magnificis, Generosis, Dominis, Regibus et Principibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Equitibus, Capitaneis, Locatenentibus, Regentibus, Gubernatoribus, liberis civitatibus, Vicesgerentibus et quorumvis locorum praefectis ac aliis quacumque dignitate, titulo et praeeminentia illustribus ac insignitis: nec non Palatinis, Castellanis, Rectoribus, Nobilibus, Magistratibus, Communitatibus, Burgrabiis et civium Magistris, Consulibus, Officialibus, portuumque et passuum custodibus ac ceteris quibuscumque universaliter omnibus et specialiter singulis, ad quos praesentes nostrae pervenerint litterae, amicis nostris, salutem et de omnibus bene merendi studium: subditis vero nostris, gratiam nostram regiam. Cum hoc tempore mitteremus, Magnificum Antonium Latertianum Tarentinum I. V. D. Secretarium, Advocatum et Agentem nostrum, ut Venetiis residens, negotia istic nostra ex commissione et mandato nostro procuret, faciendum nobis esse existimavimus, ut quo hujusmodi iter suum tutius et securius conficere possit, eum D. vestris commendaremus, quemadmodum quidem praesentibus litteris nostris commendamus, postulantes ab eis, subditis vero nostris mandantes, ut illum cum omni comitatu ejus, familiaribus, equis, rebusque suis omnibus, per loca et dominia

sua benigne excipiant, et si qua in re opera, gratia, auctoritate, auxilio illorum in negotiis nostris, opus habuerit, quam maxime poterunt nostra causa adjuvent, tutum denique, securum et benignum illi transitum, commorationem ac reditum praestent; a solutione etiam quorumvis vectigalium, theloneorum, seu quocumque nomine alio nuncupatarum ejusmodi praestationum, immunem et liberum efficiant, de salvo conductu etiam illi, si opus habuerit, provideant, nec quicquam ab eo pestilentis contagionis metuant. Dei enim Opt. Max. beneficio, ea loca, ubi nos agimus, et per quae ipse proficiscitur, intacta et illaesa a contagione ipsa existunt. Quod dominationum vestrarum erga nos studium pari vel majori deinceps benevolentia nostra referre studebimus. Subditis vero nostris ne secus fecerint, mandamus.

Dat. Varsaviae die 2 Januarii A. D. 1572.

CCXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Venetiarum.

S. Principi D. Aloisio Mocenigo Duci Venetiarum etc. S. Princeps domine amice noster charissime. Mittimus ex aula nostra Magnificum Ant. Latertianum etc., ut istic Venetiis resideat et negotia nostra ex commissione et mandato nostro procuret, tam apud S. vestram et rempublicam istam, quam etiam apud alios. Itaque rogamus plurimum S. vestram, ut in iis quidem, quae cum S. vestra nostro nomine acturus est, fidem illi adhibeat; in omnibus autem praesto sit illi auctoritate sua, qua fretus, tanto facilius et commodius possit negotia nostra obire. Quicquid illi S. vestra benevolentiae et humanitatis exhibuerit, futurum est omne id nobis ab ipsa longe gratissimum.

Quod ita esse, semper quoties usus venerit, re ipsa declaraturi sumus.

Dat. Varsaviae die 2 Januarii 1572.

CCXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Oznajmujemy komu to jedno wiedzieć należy. Iżeśmy dozwolili uczciwemu Tomaszowi Loryncowi ze Psciny przywieść tu do Warszawy Wisłą to co przemoże rzeczy wszelakich ku żywności należących, tak dla dworu naszego jako i dla innego pospolitego człowieka. A tak rozkazujemy poddanym naszym wszelakiego stanu, aby mu tego nie bronili ani go z temi rzeczami hamowali, ani hamować dopuścili, gdyż on i cła zwyczajne wszędzie płacić chce i te rzeczy spuszcza za dozwoleniem naszem. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae A. D. 1572.

CCXXXIV.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Abbati Hebdoviensi [1].

R. D. amice charissime et honorande. Mam tę sprawę, iż panny Klasztora Zwierzynieckiego w Krakowie prezentowały

---

[1]) Zdaje się, że Opatem Hebdowskim był wówczas Andrzej Krajewski, Archidyakon Krakowski, Kanclerz Biskupa Filipa Padniewskiego. Uważamy to z treści niniejszego listu, mianowicie z ustępu, że prezenta wzmiankowanego probostwa przez niego ma być zapieczętowana.

na plebanię Krzcięcińską [1]) Ks. Bernata Nideckiego, po śmierci Ks. Proboszcza od św. Anny, jedno, iż snać ta prezentacya bez W. M. pieczętowana być nie może. A tak, iż ten Ks. Nidecki jest kapłanem, a k temu powinowatym P. Doktora Patricego, Sekretarza Króla J. M., którego ja zdawna miłuję i którego tu na dworze Króla J. M. w posługach Króla J. M. i Rzeczypospolitej używam, proszę, abyś W. M. to dla mnie uczynił a temu Ks. Nideckiemu tę prezentacyę bez mieszkania zapieczętował i z strony swej abyś W. M. do końca o to się postarał, jakoby co najrychlej bez trudności wszelakiej ku tej plebanii przyszedł. Uczynisz mi W. M. rzecz bardzo wdzięczną, bobym się w tem rad P. Doktorowi Patricemu zachował. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1572.

CCXXXV.

Idem.

Martino Izdbieński [1]).

R. D. amice charissime et honorande. Wakuje temi czasy plebania Krzcięcińska podawania panien Zwierzynieckich. Iż snać ma prawo na nię Ks. Bernat Nidecki, kapłan stateczny, a k temu powinowaty P. Doktora Patricego, którego ja miłuję i W. M. wiem, iż miłujesz, proszę quantum situm est in D. vestra R., abyś W. M. do tej plebanii Ks. Nideckiemu pomagał. W czem i mnie W. M. rzecz wdzięczną uczynisz, i P. Doktor

---

[1]) Krzcięcin wieś w Województwie Sandomierskiem, w powiecie Opoczyńskim.

[2]) Marcin Izdbieński z Izdebna lub Izbiński, Scholastyk Krakowski, Kanonik Gnieźnieński, Archidyakon Poznański. Pisał się niekiedy de Russiecz, ztąd zwano go Rusieckim, jak to zobaczymy niżej, w następnych listach Ks. Podkanclerzego.

Patricy będzie to umiał W. M. odsługować. A ja też in similibus W. M. albo słudze któremu W. M. rad gratyfikować potem będę. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 9 Januarii 1572.

CCXXXVI.

Idem.

Brancatio.

I. et Magnifice domine amice charissime et honorande. Quando hoc tempore magnam jacturam sensi, conflagratis igni proximis diebus in stabulo uno equis meis circiter quinquaginta, visum est mihi ad I. D. vestram recurrere, eamque de equo illo promisso admonere, ut eum Mag. vestra R. D. Agenti Regiae Majestatis [1]) consignari faciat, qui illum ad me perduci jubebit, impetrata per Mag. vestram facultate et licentia ab I. D. Vicerege [2]). Quod quidem munus tam mihi erit hoc tempore gratum ab I. D. vestra, quam quod gratissimum. Etenim ad rem ipsam et ad eum animum, quo mihi hunc equum ab I. D. vestra donari mihi persuadeo, accessit etiam commendatio hujus temporis, quo me ab equis plane video imparatum. Optime valere M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 10 Januarii 1572.

---

[1]) Stanisław Kłodziński.

[2]) Antoni Granvelle, Kardynał, Wicekról Neapolitański.

CCXXXVII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Iż mi temi czasy konie bez mała wszystkie w jednej stajni pogorzały, a pamiętam, iż mam konia jednego obiecanego u P. Kamilla Brankacego, przeto teraz piszę do niego, aby go W. M. oddał, a W. M. wziąwszy go, a otrzymawszy licencyą, żeby go ex regno wywieść dopuszczono, którą licencyą obiecał zjednać P. Brankacy, prześlij go W. M. do X. Tycyna do Rzymu, quam maxime commode fieri poterit; by też więc ujednać a posta jakiego Włoszka Hortulana, albo alioqui coby się tu w Polsce do czego przygodzić mógł, któryby tego konia wiódł pieszo etc. Ostatek już będzie wiedział X. Tycyn jako opatrzy. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 10 Januarii 1572.

CCXXXVIII.

Idem.

Georgio Ticinio.

R. D. amice charissime. Piszę Matthiae Olympio, aby do mnie przyjechał, a W. M. na wyprawę dasz mu imieniem mojem skutów quadraginta, które piszę do Soderynów, aby tam W. M. zapłacili.

Mam też tam konia obiecanego od Kamilla Brankacego, którego tem więcej teraz potrzebuję, iż mi temi czasy w Sieluniu zgorzało w jednej stajni koni około pięćdziesiąt. A tak piszę do X. Kłodzińskiego, aby tego konia W. M. przesłał, a W. M. zasię, będzieli mogło być, poślij mi go przy Olimpiu-

sie, ujednawszy, si aliter fieri non poterit, Włoszka jakiego Hortulana, albo alioqui non ineptum hominem, któryby go wiódł pieszo aż do Polski. Piszę też toż do X. Kłodzińskiego, z którym się W. M. tak około tego konia porozumiej, jakobym go mieć mógł commode. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 10 Januarii 1572.

CCXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Castaldo [1].

Magnifice s. n. d. Accepimus litteras Sin. tuae, quibus inter cetera scribit se brevi ad nos venire decrevisse, acturam nobiscum de nonnullis rebus nostris. Ac non dubitamus nos quidem negotia nostra curae esse S. tuae pro veteri sua erga nos observantia, verum nos hoc sane tempore, imminentibus regni nostri comitiis, quibus post diem fere quindecimum aut sedecimum initium, Deo volente, daturi sumus, vacare Sin. tuae non poterimus, ut eam possimus exaudire, tum autem quoque hospitiorum Varsaviae tantam fere penuriam providemus, vix ut iis qui necessario ad comitia regni pertinent, suppetere posse videantur. Quamobrem Sin. tua, si nos audiet, adventum suum differet, et si quid habet rei urgentioris, de qua ad nos referat, id vel litteris interea committet, vel cum Venerabili Luca Podoski Oratore nostro communicabit. Liberiore nostro tempore poterimus Sin. tuam ad nos accersere.

Dat. Varsaviae 10 Januarii 1572.

---

[1]) Jan Alfons Castaldo.

CCXL.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoscio.

R. D. amice charissime et honorande. Około tego żyda, który Uberfeltowi winien, varii varia judicant, bo są drudzy, którzy factum tego żyda excusant, jakoż i z listów W. M. znaczy się, iż oboja strona videtur habere quod pro se respondeat. I ztądże też stało się, iż tu od nas oboja strona jest W. M. commendata. Quod cum ita sit, tak W. M. tę rzecz forytuj ex utraque parte, ut neutri praejudicium ullum adferatur, ale żeby się każdy z nich przy sprawiedliwości swojej ostał. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 10 Januarii 1572.

CCXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Sebastiano Montelupi.

S. et E. Principi etc. Cum allatus esset nobis nuntius per litteras et Venerabilem Oratorem Majestatis vestrae, S. conjugem nostram D. Catharinam, reginam Poloniae etc. sororem Majestatis vestrae ex hac vita ad vitam sempiternam atque immortalem esse evocatam, equidem obitum hunc S. illius, tum pro humanitate nostra, tum pro eo vinculo, quod nobis cum vivente S. illius arctissimum intercedebat, tum vero pro singulari et plane fraterno amore nostro, quo Majestatem vestram inprimis et universam ipsius familiam, ad quam ex ejusmodi obitu dolorem pervenisse intelligebamus, complectimur, non modo dolore nostro, sed etiam lachrymis prosecuti sumus: Majestatis tamen vestrae, etiam in hoc acerbo casu, benevo-

lentiam erga nos singularem abunde cognovimus, quae nos omnium propemodum casuum suorum, tam adversorum quam secundorum, facere participes non dubitat. Quo sane nomine Majestati vestrae gratias agimus. Quod autem attinet curam Majestatis vestrae, quam se interim suscipere velle ostendit de corpore S. illius defunctae, gratissimus sane est nobis hic animus et hoc tam pium officium Majestatis vestrae, dignum et persona Majestatis vestrae, Imperatoris Christiani et mutuo amore utriusque nostrum. Quod cum ita sit, facere profecto non possumus, quin iterum atque iterum Majestati vestrae gratias agamus, parati vicissim Majestati vestrae omnibus in rebus studium et benevolentiam fraternam nostram semper declarare. De tota autem ratione tam deponendi quam sepeliendi corporis illius, tam illustri familia et tam inclytis majoribus procreati, commisimus Venerabili Oratori nostro, quem in aula Majestatis vestrae habemus, Majestatem vestram pluribus verbis nostro nomine alloqui, et omnia in hoc genere ad arbitrium ipsius Majestatis vestrae conferre, ad quod sane arbitrium in his et ejusmodi rebus omni studio nos componemus. Optime valere Majestatem vestram cupimus, eique fraternum nostrum amorem ex animo commendamus.

Dat. Varsaviae die 17 Martii 1572.

CCCX.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Skoro wam ten list nasz oddan będzie, nic nie mieszkając, opowiecie Cesarzowi J. M. żałość naszą, która nas potkała za tą nowiną o śmierci Królowej J. M. małżonki naszej [1]), którą nowinę wyrozumieliśmy naprzód

[1]) Katarzyna.

z listu i z Posła J. C. M. A tę żałość opowiecie słowy kęs szerszemi, na ten kształt, jako też sami piszemy J. C. M. w tym liście, którego wam kopię posyłamy. Co tym obyczajem odprawiwszy, dołożycie potem, iż acz za tą śmiercią i za tą przygodą, videtur esse sublatum vinculum affinitatis, quod nobis cum Majestate Caes., vivente S. conjuge nostra, intercedebat, zaczem też ta śmierć ad ceteras molestias et acerbitates, tem nam jest żałośniejsza, wszakoż mamy nadzieję w panie Bodze a w naszej wspólnej z Cesarzem J. M., a prawie braterskiej miłości, iż ta przygoda w myśli i sercach naszych z oba stron odmiany żadnej nie uczyni, ani mocnie spojonych chęci naszych nie rozłączy, tak jako my to dalibóg z strony naszej J. C. M. obiecujemy i per omnem occasionem rerum et temporum zawżdy po sobie statecznie pokażemy, aby wszystkiemu światu jawno było, nostra cum Majestate illius conjunctione nihil esse firmius, nihil etiam utriusque nobis jucundius. A gdyż Pan Bóg Wszechmogący Królową J. M. małżonkę naszą, nie w Koronie naszej, ale tam na tem miejscu do siebie powołać raczył, i gdzie była za wolą i wiadomością J. C. M. wyjechała, i gdzie za wolą J. C. M. mieszkała, powiedźcie Cesarzowi J. M., iż gdzieby nie tak wielka była odległość miejsca, na którem teraz mieszkamy, od tych tam miejsc, gdzie na ten czas ciało Królowej J. M. leży, a gdyby też nie przeszkadzały te zabawy nasze na tym Sejmie, który się dopiero począł, a nie wiedzieć jeszcze kiedy się dokona, nie lenilibyśmy się sami bynajmniej osobą naszą tam dojechać, a ostatnią tę powinność ciału tak zacnemu zmarłemu uczynić, a k temu zdrowie J. C. M. nawiedzić i to ludziom wszem w obec po sobie pokazać, jako nas ta rzecz dolega na myśli i animuszu naszym. Lecz gdy te przyczyny, któreśmy powiedzieli, bronią nam natenczas tego, cobyśmy z chęcią radzi uczynili, powiecie J. C. M., iż w tem wszystkiem, co się tycze tak depozycyi ciała, jako pogrzebu J. K. M. i inszej wszystkiej a wszystkiej pompam funebralem, przypuszczamy się na zdanie J. C. M., a iż i około czasu i około miejsca i około obyczaju tych zacnych exekwij, radzi się akkommodować bâ-

dziemy woli J. C. M. i we wszystkiem tem tak postąpiemy, jako będzie zdanie J. C. M., które skoro wyrozumiemy, nie omieszkamy na czas naznaczony posłów swych posłać, którzyby wszystko to co będzie należało w tej mierze imieniem naszem, ex dignitate utriusque familiae, sprawowali, wedle widzenia i podobania J. C. M.

To tak gdy J. C. M. powiecie, przypatrywać się będziecie, na co się J. C. M. odwoływać będzie w tej mierze. Bo albo się J. C. M. referować będzie na ordynacyę jaką Królowej nieboszczki, jeśli którą w tej mierze około miejsca pogrzebu swego na testamencie uczyniła, tedy wy tam, jeślibyście co praecise około tego na testamencie być opisano rozumieli, pokażecie J. C. M., iż my w tej mierze woli ostatniej Królowej J. M. małżonki naszej na wszystkiem dosyć uczynić gotowi jesteśmy, nakoniec i do Krakowa ciało J. K. M. prowadzić rozkazać, jeśli to była wola a testament J. K. M., i wszystko inne w tej mierze uczynić, co jedno była wola ostatnia J. K. M. Lecz jeśli ordynacyi żadnej na testamencie o tem nie mając, będzie J. C. M. chciał wedla baczenia swego własnego cokolwiek o tem stanowić, gdzie, a na któremby miejscu ciało pochowane być miało, a tę rzecz do tego snać będzie prowadził, aby albo tam, gdzie Pan Bóg duszę powołać raczył, albo gdzie indziej w państwie J. C. M., na tem miejscu, gdzie się przodkowie Królowej J. M. i Cesarza J. M. chowają, ciało to Królowej J. M. pochowane było, tedy wy na tem przestaniecie i powiecie, że w tej mierze na żadnej powinności naszej schodzić nic nie będzie. Lecz gdziebyście obaczyli, iżby J. C. M. wolę swoję do tego skłaniał, nie mając w tej mierze żadnej ordynacyi Królowej J. M. nieboszczki, aby ciało do Krakowa albo do Polski prowadzone było, tedy wy sami z siebie, nie imieniem naszem, sensim odwodzić będziecie J. C. M. od tego przedsięwzięcia, przekładając trudności, zabawy niepotrzebne i koszt niemały, któryby się w tej mierze czynić musiał, który temby nam pod tym czasem cięższy był, iżeśmy jeszcze sobie nic prawie nie wytchnęli z tych nakładów, któreśmy po te czasy

tak na wojny jako i na inne rzeczy czynić musieli nie mało. A do tego J. C. M. znienagła wiodąc, aby folgując tym rzeczom, które się krótce przełożyły, na tem kontentować się raczył, żeby tam ciało pochowane było w państwach J. C. M. Do czego my Posłów z Rady naszej, którzyby byli ku uczciwości tak zacnego ciała, posłać nie omieszkamy. A cokolwiek w tej mierze z Cesarza J. M. wyrozumiecie, to nam bez mieszkania znać dawajcie. Druga: powiecie J. C. M., iż pamiętając, żeśmy byli odpowiedź naszą około jednania z Mistrzem Niemieckim [1]) de terris nostris Prussiae do Sejmu odłożyli J. C. M., tedy teraz nic nie mieszkając, a woli się J. C. M. w tem akkommodując, dołożyliśmy się w tej mierze Rady i Stanów Koronnych naszych, którym wszystkim ta rzecz należy i do tegośmy rzecz przywiedli, iż acz Stany Koronne nic o prawie i sprawiedliwości swojej na Ziemie Pruskie nie wątpią, jednak propter bonum pacis, uważając u siebie tę łaskę i dobre sąsiedztwo Cesarza J. M., który się do postanowienia tej ugody gotowym i Koronie życzliwym być okazuje, chcą tej ugody z Mistrzem per medium J. C. M. pokusić. A tak proście J. C. M., aby nam znać dał, jeśliby ta sprawa zarazem z pogrzebem, albo tedyż po pogrzebie odprawować się mogła, abyśmy to wiedząc, zaraz na onże czas posłom naszym instrukcyę gotować kazali. Do czego potrzeba też będzie Cesarzowi J. M. wczas obwieścić Mistrza Niemieckiego, aby się na onże czas gotował, żeby się czas długo a próżno nie trawił, czekając jeden na drugiego. Będzieli się też J. C. M. tak zdało, aby do tej sprawy z Mistrzem osobny jaki inszy czas obran i postanowion był, wszystko to dobremu baczeniu J. C. M. poruczamy, tylko abyśmy o tem wczas wiedzieć mogli, J. C. M. braterskie żądamy. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 17 Martii 1572. R. n. 43.

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim.

CCCXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

St. Klodzinski,

R. D. amice observandissime. Dać raczył J. K. M. temi czasy prowizyę nieboszczyka Bernarda Fogliolae, którą miał sopra l'universita di Trigiano, P. Antoniemu Petrarolae, w którem negotium, iż będzie podobno potrzebował pomocy W. M.' proszę abyś mu W. M. do tego pomagał, ile będzie potrzeba, ale tak, żebyś W. M. nie zapominał, iż per annum 1571, id est po śmierci Fogliolae aż do tych czasów, ta pensya unius anni dana jest przez J. K. M. Panu Doktorowi Patrycemu, tak jakom przedtem W. M. pisał. A tak odebrawszy W. M. pensyę Doktora Patrycego do siebie, pomagaj W. M. do ostatka Petraroli. A iż mi winien tenże Petrarola złotych dwieście w monecie Polskich, proszę przypomnij mu to więc W. M., gdy czas potemu obaczysz a pieniądze do siebie weźmij, bo mi to obiecał tedyż tam przyjechawszy zapłacić, a ja potem gdy mi W. M. dasz znać, iż te pieniądze będziesz miał w ręku swoich, napiszę W. M., co będziesz z temi pieniędzmi czynić miał. Konia od Brankacego, jeśliś W. M. nie wziął do tych czasów, tedy go już nie bierz, bom poruczył temuż Petraroli, jako ma tym koniem szafować. In genere, w czem będziesz W. M. mógł zachować się temu Petraroli, sine Regiae Majestatis aut suo incommodo, proszę pokaż mu to W. M., żem go listem swym W. M. zalecił. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 23 Martii 1572.

CCCXII.

Idem.

Camillo Brancatio.

I. et M. Domine, amice charissime et honorandissime. Petieram ab I. M. vestra, rebus meis ita tum ferentibus, ut equum mihi promissum ad R. D. Agentem istic S. R. Majestatis deduci juberet, cui scripseram tum quoque, quid eo facturus esset. Nunc cum proficiscatur istuc D. Joannes Antonius Petrarola, allocutus sum eum de hoc equo et exposui, quid mihi de eo faciendum videretur, in tanta difficultate educendi ipsius ex regno illo. Itaque rogo I. Magnificentiam vestram, ut de hoc equo, si eum nondum R. D. Klodzinski tradidit, ita faciat, quemadmodum ex D. Petrarola intelliget. Necessario enim ad aliud consilium confugiendum mihi esse existimavi in hoc genere, cum viderem transitus tantopere esse difficiles. Quod totum I. Mag. vestra ex D. Petrarola intelliget. Commendo autem magnopere Petrarolam ipsum I. Mag. vestrae: hoc magis, quod hic quidem omnibus in rebus demonstravit copiosissime, se esse maxime studiosum I. M. vestrae. Bene valere I. M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 23 Martii A. D. 1572.

CCCXIII.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Non peperci labori meo, etiam in istis comitiorum nostrorum occupationibus, si qua ratione posset I. P. vestrae a Venerabili Ca-

pitulo sine strepitu judicii satisfieri. Itaque re ad eum exitum adducta, quem I. P. vestra ex scripto, quod procuratores sui ad eam mittunt, cognoscet, propemodum auctor fui, res ut concluderetur. Existimo enim dignitati I. D. vestrae ad eum modum planissime esse satisfactum, praesertim cum eorum, quae objiciuntur Canonicis, probari nihil possit. Verum quoniam I. D. Legato [1]) visum est, ne quid ejusmodi inscia P. vestra concluderetur, facile consilio viri prudentissimi et I. P. vestrae amicissimi acquievi. Ab I. P. vestra peto et quaeso, non tam aut mea aut capituli, quam ipsius I. P. vestrae et R. D. Coadjutoris [2]) causa, ut in hac formula, quae mihi utrinque videtur esse aequissima, acquiescat et Venerabiles fratres suos pristina sua gratia et benevolentia complectatur; quos ego sane hoc tempore video totos ferri ad colendam et observandam ex animo I. P. vestram. Quam optime valere cupio, cuique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae 27 Martii 1572 a.

CCCXIV.

Idem.

Soderinis.

Generosi domini amici charissimi. Z tych pieniędzy, któreście mi W. M. winni jeszcze łońskiego roku, dajcie złotych dwieście natenczas X. Grotkowskiemu, Kanonikowi Krakowskiemu [3]), bo to ma z rozkazania mego obrócić na potrzeby moje. A ja to za kwitem X. Grotkowskiego przyjmę od W. M. Bene valeant D. vestrae.

Dat. Varsaviae 27 Martii 1572.

---

[1]) Wincenty Portico.

[2]) Marcin Kromer.

[3]) X. Stanisław Grotkowski, Kanonik Gnieźnieński, Krakowski i Sandomierski.

CCCXV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Obawiając się, aby snać ten list, któryśmy do was przez Dworzanina J. C. M. po śmierci Królowej nieboszczki małżonki naszej [1]) pisali, nie był wam oddan aż po czasie, a bacząc, iż nam na nim niemało należy, dla odpowiedzi Cesarza J. M. na te tam rzeczy, posyłamy go wam teraz znowu kopią, abyście się nic nie mieszkając dowiedzieli rezolucyi J. C. M. na te rzeczy, którą abyście nam bez omieszkania znać dali, pilnie wam rozkazujemy, bo tu na to czekamy. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 27 Martii 1572.

CCCXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Sebastiano Magnuszewski.

R. D. amice charissime. Nic chwalę tego zaprawdę W. M., iżeś W. M. Panu Doktorowi Patrycemu pensyi jego nie zapłacił. A nic chwalę tak wiele dla samego P. Doktora, który będąc człowiekiem dobrym i u ludzi wziętym, wiem jako się w tej Kanonii Krakowskiej W. M. zachował, nie wyciągając W. M. za dobre a gruntowne prawo swoje, tak jako snać drudzy za małe albo żadne. Nie chwalę też tego W. M. i dla mnie samego, który za prośbą W. M. wdałem się był na on czas w tę ugodę między W. Mciami, stanowiąc tę pensyę, jako W. M.

---

[1]) Królowa Katarzyna.

sam dobrze pamiętasz. A tak ponieważ już i mea interest, aby ta pensya P. Doktora Patrycego pewnie napotem dochodziła, proszę i upominam, tak W. M. liberuj słowo swoje i obligationem wedla kontraktu około tej pensyi, aby też na mnie co dla nieuiszczenia się W. M. nie zostawało. Bóg wie, żeciem do tych czasów mniemał, iżeście W. M. między sobą uczynili jaką compositionem de extinctione hujus pensionis, bo się do tych czasów P. Doktor Patrycy przede mną nic nie skarżył. Jakoż małobym na to obiema W. Mciom nie radził, abyście W. M. między sobą de extinctione ista pomówili. Ugodziłem też tu niedawno drugą parę per extinctionem pensionis takież i widzę, iż obadwa kontenci. Alioqui musiałbym zaprawdę pomagać P. Doktorowi Patrycemu ku obwarowaniu na potomne czasy tej pensyi, do czego mu już tu ludzie niektórzy drogi podają. Czemubym iście nie rad, boby ta rzecz mogła przynieść niemałą difficultatem rzeczom W. Mci. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 8 Aprilis 1572.

CCCXVII.

Idem.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorandissime. Legi quae pluribus verbis ad me scribit R. D. vestra, tum de flava tiara tum de Valo et mandatis regiis, ad quae ita R. D. vestrae respondeo. Ego aut flavam tiaram aut haeresim et perjurium nunquam somniavi, cum dignitati et virtuti R. D. vestrae eam quam debui operam navavi, nec vero unquam fore existimavi, ut benefacta mea quasi malefacta ab iis reprehenderentur, de quibus me optime non modo semper meritum esse, sed etiam indies mereri profiteor. Quod Valum attinet, aut ego sane omnium rerum humanarum ignarus sum, aut hic nulla est cuiquam facta

injuria. Habet opus Regia Majestas testimoniis quibusdam ex libris castri Heilsbergensis, eam rem Joanni Valo nescio cui demandat, litteras voluntatis suae testes chirographo suo subscribit, Vicecancellarius obsignat. Quid est, quod quisquam aut de Majestate ejus, aut de Vicecancellario, aut vero etiam de hoc isto Valo queri possit? Regi fortassis quaerere non licebit, quod licet privatis? aut etiam Vicecancellarius reprehendendus est, qui id regi postulanti obsignaverit, quod privatissimo homini flagitanti negari non solet? At vero homini haeretico provincia demandanda non fuit librorum ecclesiasticorum excutiendorum. Principio nec ego demandavi, nec cui Majestas Regiae demandaret, quaerendum mihi esse existimavi, nec haereticum denique esse scivi, tum autem si quis sit, qui me inprimis de singulorum eorum religione curiosum percunctatorem esse velit, cum quibus mihi seu privato, seu publico nomine aliquid sit agendum, is in hac quidem temporum nostrorum confusione citius me non solum ex senatu, sed etiam ex Polonia ejiciat, quam ut id moribus his nostris possit obtineri. Deinde libros quidem castrenses nunquam ego ecclesiasticos esse duxi, quibus negotia tantummodo profana, et per homines minime ecclesiasticos inscribuntur, quique non in ecclesiis, sed in castris et arcibus asservantur et patent, uti dixi, omnibus in commune, Judaeis, et Graecis, et Elamitis, et qui habitant Mesopotamiam. Non video igitur quod quisquam queri possit.

De avertenda alio legatione, si qua ad R. D. vestram deferretur, curae erit mihi, quantum praestare potero. Verum ego quidem, ut nunc sunt res R. D. vestrae, non existimarem praefracte recusandum esse, si quid ejusmodi ipsi imponeretur. Scio quid dicam. Hactenus nihil ejusmodi de illa est actum. Acta sunt alia, et quidem maxima contentione, tum in Senatu, tum etiam apud Nuntios, ut audio, et acta quidem nomine ordinum omnium Prussicorum, et denique subacerbe, absente quidem a Senatu Regia Majestate. Ego nullas in me boni amici partes desiderari patior. Puto etiam fore, ut invidia hac ista

conciuncula satiata, deinceps conquiescat. Cuperem tamen pro meo erga D. vestram R. amore, ut R. D. vestra commoditate potius quam acerbitate ingenii, benevolentiam sibi omnium et colligendam et conservandam esse existimet. Hoc demum enim est verissimum praesidium et ornamentum vitae. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 12 Aprilis 1572.

CCCXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardiuali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Hactenus non fere habuimus, quod ad litteras P. vestrae responderemus, aut quod etiam de negotiis nostris ad illam scriberemus. Sed ne nunc quidem admodum est quod scribi possit, et occupationes comitiorum nostrorum facultatem nobis eripiunt retinendi hoc tempore consuetudinem illam nostram saepius ad P. vestram scribendi de quibuscumque rebus nostris. Tum autem ratio quoque valetudinis nostrae ea est, ut ne subscribere quidem his litteris de more potuerimus. Epistolam S. Hispaniarum regis ad nos scriptam, quam Volscius ad 10 Januarii misisse se in manus P. vestrae ostendebat, et quam nos, cum ex aliis argumentis, tum ex eo denique, quod unus quidam, qui eo tempore ex Hispaniis cum litteris veniebat, in mari periisse dicebatur, amissam esse existimabamus, tandem die 13 ejus mensis accepimus. Ejus exemplum ad P. vestram mittimus, ut videat et expendat, quantum nobis porro sperandum sit ab iis, qui annos ipsos dies vocant et dies videri volunt. Sic enim P. vestra habeat, ex quo litteras nostras de hoc negotio ad S. regem illum [1]) de-

---

[1]) Filip II, Król Hiszpański.

dimus, biennium integrum proxime ad diem 13 Martii praeteriisse, quod quidem ipsi tempus totum dies appellant retroactos. Itaque magnopere sane veremur, ne illud item quod scribunt se curaturos, ut quamprimum fiamus certiores, in longius aliquod tempus extrahatur. Videbimus. Interim P. vestra haec quae de annis et diebus scribimus, ex litteris nostris hausisse se dissimulabit, ex re ipsa potius deprehendisse se ostendet, sicubi forte in ejus rei sermonem inciderit. Quanquam id totum quidem modice fieri ab illa cupimus, et non nisi necessario, ne quid scilicet temere offendamus. Quid autem ad eas litteras, quas P. vestram in Hispanias scripsisse iisdem de rebus meminimus, responsumne est adhuc P. vestrae? Nos equidem Oratorem istum, de quo jactatur, expectabimus: quanquam eum Volscius ad nos designari pro certo affirmare non audet. Sed tamen, ut diximus, expectabimus. P. vestra quidquid de eo habuerit, ad nos per omnem occasionem perscribet.

De Minutillis [1]) et Marinis [2]) et Mastrillis [3]), et nescimus quibus aliis testibus, quid faciamus prorsus ignoramus, ita omnis eorum ratio est incerta, ut quid promitti ex iis possit, certum habere non possimus. Interea hic alios testes de singulari religione et pietate Barrabae [4]) examinari videmus apud R. D. Legatum [5]), ex commissione S. D. nostri. Quod scribunt quidam de conatibus religiosissimi istius Barrabae, ad impediendos et avertendos census nostros ex Doana Foggiae, inane esse existimamus. Nam nec Clodinius quicquam de iis rebus scribit, et res ipsa aliud ostendit; cum eo quidem tempore ea, quae hactenus retenta fuerunt, sint majore ex parte nobis persoluta. Ex parte, dicimus, eo enim res redit summa hominum

---

[1]) Felix Minutillus.
[2]) Maryna Arcamona.
[3]) Antoni Felix Mastrillus.
[4]) Jan Wawrzyniec Papagoda.
[5]) Jest tu zapewne mowa o Janie Franciszku Commendonim, który miał badać świadków z polecenia Ojca świętego.

istorum iniquitate, ut id quod nobis debetur, et unciatim et serius multo capere nos oporteat. Qua de re sententiam nostram jam ad P. vestram perscripsimus. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572. R. n. 43.

CCCXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose f. n. d. Mieliśmy tandem 13 Aprilis ten list Króla J. M. Hiszpańskiego, któryście 10 Januarii do nas byli posłali, a o którym my jużeśmy byli wątpić poczęli, tak jakoście z listu naszego 6 Martii wyrozumieli. Lecz iż teraz i niesposobnem zdrowiem naszem i sprawami sejmowemi zabawieni jesteśmy, nie możemy wam nic inszego na ten czas w tej mierze około tego listu pisać. Interim, iż rzeczy się tak chylą, jako z pisania waszego do X. Podkanclerzego baczymy, iż snać przez Posła swego z nami traktować w tej rzeczy mają, tedy my czekać będziemy, a wy przedsię pilnować swego nie przestawajcie, ponieważ, jako piszecie, jeszcze wam tego żaden z Panów Rad tamtych znać nie dał, żeby ten isty Poseł do nas też deputowan być miał, chyba iż vulgus tak mówi. A jako do tych czasów zwykliście nam o wszystkiem dostatecznie pisać, co się tam w rzeczach tych naszych dzieje, tak i na potem tego zwyczaju nie zaniechiwajcie, zwłaszcza cobyście tam jedno o tym Pośle słyszeć mogli, to jest jeśli u nas będzie, a z czem i jako etc.

Co się tycze upominków, jeszcze nie baczymy aby było za co je dawać. Ale gdzie poznamy skutek jaki tego ofiarowania, które wam tam czynią, możecie bezpiecznie każdemu obiecować łaskę i wdzięczność naszą, jakoż to już dawno od nas wiecie.

Co się tycze Vincentium Cortese, za którym się przyczynia Regens Scipio Cutinarius, tak jako piszecie, żeby był Adwokatem naszym, tedy powiedzcie, iż nie zapominamy przyczyny jego, jeśli obaczymy, iż nam Adwokatów więcej potrzeba będzie.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis A. D. 1572.

CCCXX.

Sigismundus Augustus etc.

St. Kłodzinski.

Venerabilis d. n. d. Wyrozumieliśmy z pisania waszego, iż wam temi czasy zapłacono 20 m., któreście wy wzięli ad rationem wedla tego, jakośmy wam byli pisali. Na czem już tak przestawać musimy pro hac vice. Toście jednak dobrze uczynili, iżeście nie dawali po sobie znać, żebyście to z rozkazania naszego czynili, iż nie zaraz wszystko ale po trosze bierzecie co dawają, i tak na potem czyńcie. A gdyż już większą część tego co się jeszcze łoni wyciągnąć miało w ręku swych macie, tedy rozumiemy, iż i z ostatkiem mieszkać długo nie będą, a snać zaraz cum censu anni praesentis zapłacą, o co się modis omnibus starajcie, tedy rozkazujemy wam, abyście nam pieniędzy co najwięcej być może posłali co najrychlej przez Soderiny, tak jakośmy wam już nie jeden raz pisali. Nie zapominając jednak inter provisionarios Doktora Laterciana, który temi czasy jedzie Agentem naszym do Wenecyi i jest nam sługą potrzebnym.

Radziśmy i to z listu waszego wyrozumieli, iż intratę de Trigiano po śmierci Foglioli do tych czasów odebrać chcecie. Jakoż i teraz znowu rozkazujemy wam, abyście tak uczynili nic nie mieszkając, bośmy ją dali pro ista vice Doktorowi Patrycemu Sekretarzowi naszemu, któremu wy ją oddajcie bez żadnej przewłoki, albo więc temu, komu on poruczy. A iż, ja-

ko z pisania waszego baczymy, ta intrata jest pewna, przeto mamy za to, że to już w ręku macie.

Nie zapominajcie przedsię onych 13 m. dawnych upominać się, boć X. Wolski pisze, iż je zapłacić kazano. Jedno w tem i w każdej innej rzeczy postępujcie z temi tam urzędnikami co najgładziej, czasom folgując a rzeczom naszym.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572. R. n. 43.

CCCXXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. W onej rzeczy P. Kaliskiego [1]) z Panem Korczborkiem, dla której miał rok przed Cesarzem J. M. P. Korczbork ad 28 Aprilis proxime futuram, tedy przyjechawszy tu sam P. Korczbork uczynił przez przyjacioły wspólne takie postanowienie z P. Kaliskim, iż się mają zjechać ad locum differentiarum obiedwie stronie z przyjacioły swemi pro die 2 Septembris futuri, a tam koniec wszystkiemu uczynić, ile będzie być mogło. A tak w nadzieję tej ugody, żądajcie J. C. M. aby ten rok, który P. Korczborkowi przypada pro 28 Aprilis, odłożyć raczył sub eodem vigore ad diem 6 Octobris proxime sequentis, iż gdzieby ugoda nie doszła, powinien był stanąć P. Korczbork na on czas przed Cesarzem J. M. w tej rzeczy Pana Kaliskiego etc.

Mamy też tę sprawę, iż Mikołaj Gąsiński alias Wierzchlejski uczynił dosyć kapitule Gnieźnieńskiej wedla ugody pro lucris et perlucris omnibus, o czem jest urzędową kwitacya Grodu Gnieźnieńskiego. A tak oznajmiwszy to Cesarzowi J. M., żądajcie jako za poddanym naszym, aby w tej mierze

---

[1]) Jan Konarski.

nie miał dalej żadnego impedimentum w ziemi Cesarza J. M. i owszem, żeby mógł wszędzie sprawiedliwości swojej dochodzić pod Cesarzem J. M., jeśliby jej z kogo potrzebował, do któregożby się jedno prawa odzywał. Na co starajcie się, aby listy się wyprawić mogły z tej tam kancellaryi, wedla potrzeby tego Gąsińskiego, który wam przez się albo przez syna swego da znać szerzej o wszystkiem, czego tam będzie potrzebował [1]).

Około granic Szląskich czekamy odpisu Cesarza J. M.

Takież czekamy i kopii testamentu Królowej nieboszczki małżonki naszej i oznajmienia Cesarza J. M. około czasu i dnia pogrzebu, ponieważ o miejscu już wiemy z pisania waszego. Co się tycze pieniędzy ad alimenta, które są zadzierżane, te staramy się, aby bez mieszkania być mogły.

Gdy Mistrz Niemiecki [2]) Cesarzowi J. M. odpisze, solicytować nie zapominajcie, aby nam J. C. M. wczas dał znać, do czego się w tej mierze mieć mamy.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572. R. n. 43.

CCCXXII.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Plane quid scribam hoc tempore I. P. vestrae, non habeo; quae habui, scripsi nuper. Expecto responsum ab I. P. vestra. De provisionis suae solutione non est quod I. P. vestra sit sollicita. Video enim Clodinium officio suo erga I. P. vestram defuturum non esse, et memini, me quoque ipsum superioribus diebus, negotium hoc

---

[1]) Patrz o sprawie Wierzchlejskiego wzmiankę w Części I, na str. 178.

[2]) Jerzy Hund von Menkheim.

I. P. vestrae ipsi per litteras meas commendasse. Cetera ex litteris Regiae Majestatis intelliget, quibus quidem quod Majestas ipsius de more non subscripserit, factum est invaletudine Majestatis ejus, quae ab aliquot jam septimanis ex articulis laborat. Ita et ex obitu R. Majestatis et ex dolore corporis animo aegro sumus. Atque haec eadem quoque causa est fere, cur interea I. P. vestra rariores Majestatis ejus litteras habuerit. Nostra comitia sine Coadjutore I. P. vestrae haberi non potuerunt. Vexatus enim est absens conciuncula Nuntiorum Prussicorum in Senatu, absente Regia Majestate. Res videtur conquiesse. Si quis iterum moverit, officio meo non sum defuturus. Bene valere I. P. vestram cupio, eique obsequia mea etiam atque etiam commendo.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572.

CCCXXIII.

Idem.

Petro Wolski.

Generose domine amice charissime et honorande. Doszedł tandem list ten Króla J. M., o którym poczęliśmy byli wątpić. Już tak do czasu czekać musi, gdyż obiecują facere nos quam primum certiores. Lecz to quamprimum, wie Pan Bóg jako rychło będzie, jeśli W. M. pilności more solito nie przyłożysz, bo widzę z ich pisania, iż chociaż już dwie lecie in Martio minęły, jako Król J. M. on list do nich pisał, tedy oni przedsię ten czas nie za lata, nie za miesiące, ale za dni rozumieją. A tak nie przestawaj W. M. przedsię solicytować modeste, nie przykrząc się quidem bardzo, ale wżdy swego pilnując. O tym pośle, co to snać do nas jechać ma, dawaj W. M. znać, cokolwiek W. M. będziesz wiedział, bo chociaż W. M. o tem jeszcze jakoby wątpisz, tedy przedsię zinąd za pewne to piszą do Króla J. M., iż ma tu być w Polsce najdalej in Augusto.

W upominki nie da się teraz tknąć J. K. M., ażby widział, iż non verbis, ale rebus proceditur cum Majestate ejus. Jakoż pewna, iżby żaden wątpić nie miał, iżby się to każdemu hojnie łaską i szczodrobliwością J. K. M. nagrodziło, ktoby jedno tę rzecz przywiódł do jakiego słusznego końca. I to możesz W. M. wszędzie obiecować.

De Vincentio Cortese wyrozumiesz W. M. z listu J. K. M. Dalej nie wiem co W. M. pisać. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572.

CCCXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. O tym pośle z Hiszpanii, Pietro Fasardo, o którym W. M. piszesz, żeby i u nas tu w Polsce być miał, acz też X. Wolski coś o tem natrąca, wszakże twierdzić tego nie chce, o czem tam jeszcze od żadnego pana radnego nie słyszał. A wszakże i zinąd piszą do J. K. M., iżby i tu do Polski był designatus. Temi czasy był listek krótki od Króla Hiszpańskiego do Króla J. M., nic inszego jedno dając znać, iż on list przed dwiema laty pisany doszedł go, a obiecując, iż już koniec w tém Barskiem negotium uczynić chce. Panie Boże daj dobry, et quod non minus desiderandum est, rychły, bo się już dawno około tego robi.

De publicis wyrozumiesz W. M. z listu J. K. M. Staraj się W. M., abyśmy o wszystkiem rezolucyę prędką mieli, a ja się też tu staram o pieniądze Królowej J. M. nieboszczce zadzierżane, aby były primo quoque tempore zapłacone.

Pieniądze P. Potworowski [1]) dał do P. Miłoszewskiego. Ten W. M. o nich sprawę da szerszą.

---

[1]) Dobrogost Potworowski, Sędzią Kaliski.

Franciszek [1]) rad widzę, iż się kontentuje ze wszystkiego; a jam też kontent, aby tam jeszcze zmieszkał. Mikołaj [2]) jeśliby co ad sumptus necessarios potrzebował, daj mu W. M., ale mówię ad necessarios, a ja z dzięką wrócę W. M. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572.

CCCXXV.

Idem.

St. Kłodzinski.

R. D. amice charissime. Gdyż już jest po części pieniędzy w ręku W. M., zalecam W. M. negotia cum aliorum servitorum S. R. Majestatis, tum vero negotium Soderinorum et negotium D. Latertiani [3]). Proszę każ im W. M. zapłacić wedla ich assignamenta.

Ja też tu czyham na occasionem impetrandi aliquod augmentum provisionis W. M. Jedno, iż teraz zaprawdę czas nie po temu, bo Król J. M. już od kilka niedziel zachorzał, tak, iż teraz wszystkie rzeczy trudno z J. K. M. sprawować. Ale jako powiadam, nie zapomnię; negotium też D. Doct. Patricii zalecam W. M., żeby za pilnością W. M. przyszedł co najrychlej do tych sześci set dukatów ab Universitate Trigiani, które mu J. K. M. pro una vice z łaski swej darować raczył. Wszak W. M. wiesz co za prace podejmuje i jako dawno w Kancelaryi J. K. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis A. D. 1572.

---

[1]) Franciszek Krasiński, syn Jędrzeja Sędziego Ciechanowskiego, wzmiankowany wyżej synowiec Księdza Podkanclerzego.

[2]) Mikołaj Krasiński, syn Wojciecha Kasztelana Sierpskiego, synowiec Księdza Podkanclerzego.

[3]) Antoni Laterciani.

CCCXXVI.

Idem.

Matthaeo Olympio.

S. P. Ex tuis litteris, quas ad me ad 17 kal. Aprilis dedisti, quo studio flagrares ad me veniendi, intellexi. Itaque scribo Ticinio, ne quam amplius cupiditati tuae moram injiciat, quominus possis ad me evestigio advolare. Quod cum feceris, dabo equidem operam, quod in me erit, ne te ejus rei possit unquam poenitere.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis 1572.

CCCXXVII.

Idem.

Georgio Ticinio.

R. D. amice charissime. Zaraz z listem W. M. miałem drugi od Olympiusa, gdzie mi pisze, iż jechać do mnie gotów, byleś go W. M. wyprawił. A tak proszę wypraw go W. M. bez mieszkania. A jam już Soderinom pisał, aby pieniędzy dali na wyprawę jego. Tu testimonia contra Barrabam in causa religionis examinantur. Wy też tam gdzie możecie, officio vestro ne desitis w drugich rzeczach. Co tam do W. M. piszą de machinationibus Barrabae z Neapolim, około censum annuum J. K. M. 43 m. jakoby per collegium viginti doctorum tego doszedł, żeby in isto censu Królowi J. M. panu naszemu difficultatem zadać chciał, my to mamy pro rebus inanibus, tak jako i sam W. M. piszesz, bo gdyby to tak było, nie mogłoby

się to zataić przed X. Kłodzińskim, który jednak o tem by słówka nie pisze. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Aprilis A. D. 1572.

CCCXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Reipublicae Nurimbergensi.

Spectabiles grate n. d. Expositum est nobis ex parte Soderinorum mercatorum Florentinorum, qui hic in regno nostro negotiantur et sunt servitores nostri: Turrisanos socios eorum, qui istic in civitate Gr. vestrarum, jam inde a sexaginta atque adeo septuaginta fere annis, honestam admodum mercaturam exercent, magnopere esse gravatos recenti quodam edicto Gr. vestrarum; quo quidem edicto, nationi praecipue Italicae, imperata nuper istic esse dicuntur vectigalia quaedam nova et intolerabilia, sic ut ipsi quoque Turrisani, qui in natione Italica censentur, eadem calamitate involvi videantur. Quamobrem supplicatum est nobis, ut in hoc genere Turrisanis commendatione litterarum nostrarum adesse dignaremur. Equidem pro singulari nostra erga rempublicam Gr. vestrarum benevolentia, uti magnopere cupimus civitatem illarum vestigalibus quam maxime abundare, ita contra nihil ejusmodi civitati ipsi optaremus, quod cum ulla nationis alicujus invidia conjunctum esse videatur. Communicatione enim mercium variarum vigent praecipue emporia; quam sane communicationem, sublata benevolentia variarum nationum, tolli inprimis oporteret. Quamobrem a Gr. vestris impense postulamus, ut aut edictum quidem illud nobilissimae Italicae nationi universae peracerbum moderentur, aut Turrisanos certe, socios servitorum nostrorum Soderinorum, qui in civitate Gr. vestrarum a tot annis jam versantur, ut pro civibus propemodum censeri posse videantur, aequo jure saltem cum aliis externis mercartoribus Gallis, Anglis, Germanis,

vivere patiantur, in gratiam nostram. Etenim nos quoque ipsi, permultos nationis Germanicae, atque adeo istius etiam vestrae civitatis mercatores, intra regnum nostrum negotiari non ignoramus; quibus tamen omnibus suae ac ceterarum nationum communes libertates in regno nostro constant. Quo magis confidimus ipsas quoque Gr. vestras ejusmodi commendationis nostrae justam esse rationem habituras.

Dat. Varsaviae 16 Aprilis 1572.

CCCXXIX.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Matthaeo Olympio.

S. P. Utrasque litteras tuas accepi eodem exemplo scriptas. Respondi autem quoque evestigio ad priores; et respondi sic, ut meam erga te voluntatem abunde posses perspicere. Nunc quod addam, illud est, ut intelligas me Ticinio nunc scribere, ne quid amplius tuam ad me profectionem remoretur, quadragintaque illos coronatos tibi uni in viaticum numeret. Quod ita facturum esse non dubito. Tu cum veneris, des autem operam, ut quamprimum venias, curabo, ut ne te adventus tui possit unquam poenitere: hoc magis nunc quam antea, quod spem in Domino Deo habeo de ipsarum quoque fortunarum mearum uberiore accessione, per hanc occasionem, quae mortem Episcopi Cracoviensis est hoc tempore consecuta [1]). Atque ut intelligas, me hos quadraginta coronatos minoris longe facere, prae ut adventum tuum facio, scire te volo, si his quidem quadraginta recte te explicare inde non possis, non abnuere me, ut decem praeterea alicunde mutua sumas, aut

---

[1]) Filip Padniewski, Biskup Krakowski, umarł d. 12 Kwietnia 1572 roku.

aliquod etiam amplius, quod ego quidem universum non invitus dissolvero. Vale, veni.

Dat. Varsaviae 23 Aprilis A. D. 1572.

CCCXXX.

Idem.

Georgio Ticinio.

R. D. amice charissime. Cetera ex aliis meis litteris wyrozumiesz W. M. Z tych to, iżbyś W. M. nic nie mieszkając, dał Olimpiusowi samemu w ręce te czterdzieści coronatos, którem mu dawno naznaczył na wyprawę jego do mnie, a dawszy mu, dojrzyj W. M. tego, żeby za tem wyprawił się do mnie co najrychlej. W czem ja nie wątpię, iż tak uczyni, zwłaszcza gdzie też tego W. M. dojrzysz. U nas się tu wakancye teraz otworzyły. Bo X. Biskup Krakowski we czwartek przeszły umarł. Mam nadzieję w Panie Bodze, iż mi się też co dostanie. O czem dam W. M. znać potem. J. M. X. Kardynałowi zaleć W. M. służby moje, a omów mię W. M., iż teraz pisać nic nie mogę. O tych wakancyach powiedz też J. M. Interim bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 23 Aprilis A. D. 1572.

CCCXXXI.

Sigismundus Augnstus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Decessit ex hac vita proximis diebus R. in Christo pater D. Philippus Padniewski, Episcopus Cracoviensis. In cujus locum designavi hoc tempore R. Franciscum Krasiński, Praepositum Plocensem, Canonicum Craco-

viensem et regni mei Vicecancellarium, cujus virtus et in omni administrando munere industria, primum quidem duobus Gnesnensibus Archiepiscopis, Nicolao Dzierzgowski et Joanni Przerembski, quorum temporibus, totius etiam cleri nomine Internuntius, fuit ad S. Sedem Apostolicam ablegatus: deinde autem mihi quoque ipsi, partim initio in magnis et continuis legationibus aliquot obeundis, partim autem in gerendo hactenus hoc isto Vicecancellariatu regni mei, cui aliquot hos annos singulari cum laude praefuit, ita probata est, ut quem illi ad administrationem quidem Cracoviensis ecclesiae praeferendum esse existimarem, haberem neminem. Itaque commendo eum majorem in modum S. vestrae, ab eaque peto et quaeso, ut designationem hanc et renunciationem meam ratam habere, atque auctoritate sua confirmare velit; et quidem hoc maturius, quod et respublica quidem regni mei Episcopum requirat, qui loco suo, id autem est, loco inter Episcopos prorsus primo, sententiam in Senatu regni dicat; et ecclesia illa, in cujus dioecesim maxima propemodum influxit colluvies doctrinarum variarum et peregrinarum, quae ipsae factionibus hominum illic potentium et gratiosorum, mirum in modum aluntur et sustinentur, egeat inprimis pastore et defensore, ne quid videlicet per diuturniorem aliquam ejus absentiam, majus etiam detrimentum vel in religione vel in reditibus experiatur. Gratissimum igitur mihi S. vestra fecerit, et dioecesis illius rationibus quam maxime accommodatum, si nullam prorsus moram interposuerit ejus confirmandi; tum autem praeterea, si in solvenda expeditione litterarum necessariarum, eam istic ipsius rationem haberi jusserit, quam merentur et sumptus quidem ejus per haec tempora in aula mea assidue facti et illae praeterea constitutiones regni mei, quibus adigitur ad eandem iterum annatam, hic in regno, pro necessitate reipublicae persolvendam. Equidem uti utrumque maxime necessarium esse judico, ita utrumque S. vestrae maximae curae fore confido. Commendo me, regnumque etc.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1572.

CCCXXXII.

Sigismnndns Augustus etc.

Cardinali Farnesio.

R. in Christo patri. R. in Christo pater D. amice noster charissime. Nominavimus hoc tempore ad Episcopatum Cracoviensem, qui morte R. in Christo patris D. Philippi Padniewski nuper factus est vacuus, R. Franciscum Krasinski Praepositum Plocensem, Canonicum Cracoviensem et regni nostri Vicecancellarium, cujus virtutem et studium erga rempublicam privata experientia nostra et usu ipso abunde perspeximus, tum antea in legationibus nostro nomine obeundis, tum nunc in hoc officio Vicecancellariatus, in quo se totum mirifice nobis probavit. Nominationis nostrae litteras istuc mittimus, exemplum autem quoque earum ad ipsam P. vestram. A qua sane majorem in modum petimus, ut eam nominationem curet quamprimum auctoritate S. Sedis Apostolicae confirmari. In quo cum ecclesiae ipsi rem necessariam, tum nobis quoque ipsis fecerit longe gratissimam. Quae bene valeat.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1572. R. n. 43.

CCCXXXIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Po śmierci JX. Biskupa Krakowskiego, raczył J. K. M. dać mi Biskupstwo Krakowskie z łaski swej a z woli Bożej. List w tej mierze J. K. M. ad S. D. nostrum nominationis meae posyłam do ręku W. M. i z kopią jego, abyś W. M. wiedział o co, a ex quibus rationibus starać się będzie

trzeba. Proszę uczyń W. M. taką pilność, jaka przystoi przyjacielowi, w tak wielkiej potrzebie przyjacielskiej, żeby rzecz i rychło się sprawiła i quam minimo sumptu. Pieniądze na tę potrzebę Soderynowie tam opatrzyć mają, o czem sami dadzą znać W. M., abyś W. M. wiedział, gdzie a wiele upominać się masz. Nie wątpię, iż mi W. M. w tem praestabis studium et diligentiam suam, za którą ja też tem chutliwszym będę okazać przyjaźń swoję in omni genere W. M. Summa, jeśli mi to W. M. rychło sprawisz i poślesz, zwłaszcza quod ad capiendam possessionem Episcopatus attinet, nagrodzę to dalibóg W. M. wrychle, a jeśli jeszcze sprawisz W. M. sumptu quam minimo, tedy tem więcej. Mam za to, iż mi w tej mierze W. M. satisfacies, tak jako ja też dalibóg wrychle życzliwością swą satisfaciam W. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1572.

CCCXXXIV.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Soderinis.

G. D. amici charissimi. Potrzebuję w Rzymie pieniędzy tak wiele, jako około pięciu tysięcy czerwonych złotych, plus vel minus, a potrzebuję tak, aby tam jeszcze in fine Maji być mogły. Te pieniądze chciałbym, aby oddane były do ręku D. Georgii Ticinii Agentis Regii, który już wiedzieć będzie, jako je ma obrócić. Iż rzecz pilna a nagła, proszę, abyście to W. M. per viam cambii opatrzyli, żeby te pieniądze na ten czas, albo alias co najrychlej w Rzymie X. Tycynowi oddane były. A ja to cokolwiek tam W. M. dacie, tu bez mieszkania W. M. oddam, skoro jedno wiadomość tego mieć będę, iż tam pieniądze są oddane. I nadto jeszcze, będę to officium W. M. omnibus meis officiis W. M. zawżdy oddziaływał. Proszę nie czyńcie W. M. inaczej, gdyż mi na tem bardzo należy.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1572.

CCCXXXV.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Mortuo nuper R. D. Episcopo Cracoviensi, S. R. Majestas me ad eum Episcopatum, ex singulari sua gratia, designavit. Ejus rei testes litteras S. R. Majestatis mitto in manus R. D. Ticinii, ut is nominationem hanc Regiae Majestatis curet auctoritate S. D. nostri confirmari. Quanta ego semper laetitia omnes I. P. vestrae accessiones prosequebar, tam gratum vicissim I. P. vestrae nuntium de hac mea accessione fore confido. Deus faxit Opt. et Max. ut ea vergat tum in ipsius gloriam, tum vero in ecclesiarum ipsius et in animae meae salutem. Negotium expeditionis litterarum commendo quam maxime possum I. P. vestrae, ut ea auctoritate sua praesto sit D. Ticinio ac perficiat, ut res et quam celerrime et sumptu quam minimo conficiatur ad meque mittatur. Debebo hoc nomine permultum I. P. vestrae, a qua si me amari ex animo non crederem, pluribus illi verbis negotium hoc commendarem. Bene valere I. P. vestram cupio, eique obsequia mea iterum atque iterum commendo.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1572.

CCCXXXVI.

Idem.

Alberto Laski.

I. et Magnifice Domine amice observandissime. Pisał mi P. Carolo Soderini, iż potem już gdy mu jest oddana possessya

Kłodna w długu, któryś mu W. M. winien, niejaki Krzysztof Bronisz snać sługa W. M. i z inszemi towarzyszmi swemi najechawszy dwie wiosce, które już dzierżał Soderini, okkupował je gwałtem i dzierży aż do tego czasu, ku wielkiej szkodzie i krzywdzie przerzeczonego Soderina, a snać za wiadomością i wolą W. M. I prosił mię o przyczynę w tej mierze do W. M. nie chcąc temu inaczej zabiegać, jedno przez przyczynę moją. Mojem zdaniem, iż to wielka rzecz, Mościwy Panie Wojewodo, że Soderin, mając tak wielki dług u W. M., przestał na tak małej dzierżawie, nie chcąc być w niczem ciężek W. M. Gdzie jeśliby mu się to dziać miało, aby jeszcze z tej trochy miał mu kto odejmować ostatek pod płaszczem jakiego przyzwolenia W. M., zda mi się, iż wielka uczynność jego przeciw W. M. nie dobrzeby się mu tym obyczajem płaciła. Imem bardziej świadom dobrej natury W. M., tem lepszą mu otuchę daję o tém, iż W. M. bez mieszkania to na prośbę moją uczynić będziesz raczył, iż rozkażesz zarazem listem swoim temu istemu Broniszowi, aby z tych dwu wiosek, które gwałtem okkupował, Soderynowi wyjechał, a na potem jemu przenagabania żadnego i w tych i w innych wioskach do Kłodna należących nie czynił. Mam to pewne ufanie o W. M., iż to W. M. na prośbę i przyczynę moją uczynić będziesz raczył. Za co też służby swe przyjacielskie W. M. ofiaruję.

Dat. Varsaviae die ultima Aprilis A. D. 1572.

CCCXXXVII.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Per superiores tabellarios nostros scripsi ad I. P. vestram de Episcopatu Cracoviensi vacuo facto, deque summa Regiae Majestatis voluntate, qua

me ad eum Episcopatum designavit. Non dubito I. P. vestrae negotium hoc meum curae fore, uti per eosdem tabellarios petii. Ego vero omnibus meis studiis et obsequiis I. P. vestrae gratum et memorem animum praestare contendam. Quas scribit I. P. vestra ad Regiam Majestatem consolatorias post obitum Reginalis Majestatis, eas Majestas illius, uti prudenter et fideliter et ad causam Majestatis ejus accommodate admodum scriptas, magnopere probat. Verum in hac sua incommoda valetudine ex articulorum imbecillitate, litteris quidem ad I. P. vestram subscribere non potuit. Itaque eas ad aliud tempus differamus oportet. Neque autem est praeterea, quod non possit differri, ex iis rebus dico, de quibus scribit I. P. vestra. Nam hinc quidem quod scribamus ipsi, profecto non habemus. Bene valere I. P. vestram cupio, eique studium et obsequium meum commendo.

Dat. Varsaviae die prima Maji A. D. 1572.

CCCXXXVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. frater et amice charissime et honorande. Iż temi czasy X. Biskup Krakowski umarł, tak jako była wola Boża, ja w tych wakancyach spodziewam się Biskupstwa Krakowskiego z łaski J. K. M. W czem acz mi JX. Biskup Płocki [1]) Płockie Biskupstwo osobliwie cukruje i zaleca, i acz go ja też iście nie ganię, wszakże już tak quo fata ferent et Majestatis regiae voluntas, eo sequemur. Przy spuszczaniu urzędu swego gdy przyjdzie do tego, nie zaniecham też i proponować i kommendować W. M. Królowi J. M. na ten urząd.

---

[1]) Piotr Myszkowski.

Niderlandczyk ten, o którym W. M. piszesz, już jest wypuszczon. Z tem się W. M. miłości zalecam.

Dat. Varsaviae die 1 Maji 1572.

CCCXXXIX.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Jakom dał znać przeszłą postą W. M., tak i teraz powtarzam, prosząc W. M., abyś się W. M. ze wszelaką pilnością starał, aby ekspedycya Episcopatus Cracoviensis in personam meam co najrychlej być mogła, a nakoniec saltem listy de capienda possessione primo quoque tempore. Posłałem ja już W. M. to co ztąd potrzeba było wszystko, id est, listy Króla J. M. do Papieża i Kardynałów etc. Item pieniądze opatrzyłem tak, iż tam w Rzymie in fine Maji przez korrespondenty Soderinorum być mają w ręku W. M. A tak proszę, cum cetera omnia nobis suppetant, ne tua nobis diligentia sola defuisse videatur. Nie wątpię, iż W. M. bacząc co mi na tem należy, będziesz mi w tem chciał re ipsa pokazać chuć i gotowość swoję. Co ja wzajem omni genere officiorum zadziaływać W. M. będę. Bene vale.

Dat. Varsaviae 1 Maji 1572.

CCCXL.

Idem.

Soderinis.

G. D. amici charissimi. Jako przez przeszłą postę tak i teraz proszę, abyście W. M. opatrzyli to, żeby in fine Maji a najdalej in principio Junii były dane in manus D. Georgii Ticinii

trzy albo cztery, a najwięcej pięć tysięcy czerwonych złotych na pilne potrzeby moje, a inaczej aby nie było. Gdyż ja zasię tedyż skoro będę miał wiadomość wiele tam na te potrzeby wynijdzie, z dzięką oddam W. M. Bene valeant D. vestrae.

Varsaviae 1 Maji 1572.

CCCXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Famatis Proconsuli et Consulibus, Advocato et Scabinis civitatis nostrae Lublinensis etc. Expositum est nobis nomine Nobilis Caroli Soderini, mercatoris Cracoviensis et servitoris nostri totiusque adeo societatis suae, certum argentum Nobilis Valentini Uberfelt Secretarii nostri ad Famatum olim Sebastianum Grizoni Italum civem Lublinensem pertinens, a creditoribus ipsius Sebastiani, officio civili F. vestrarum mediante, arresto subjectum esse. Inter quos quidem creditores, cum a Soderinis seu plenipotentibus ipsorum, primo loco et ante alios arrestum factum sit, mandamus F. vestris ita omnino et non aliter habere volentes, ut quam primum his mandati nostri litteris requisitae fuerint, praedictum argentum praefato Carolo Soderini servitori nostro, vel ejus plenipotentibus, ex arresto sine omni mora extradant, extradique ab iis quorum interest curent, ut cum ipsis Soderinis tanquam principalibus arrestatoribus primo satisfactum fuerit, reliqui etiam creditores ex residuo contentari possint. Secus F. vestrae ne fecerint pro gratia nostra et sub poena quingentorum florenorum numeri et monetae Polonicalis per nos a F. vestris irremissibiliter exigenda.

Dat. Varsaviae 29 Aprilis 1572. Regni nostri 43.

CCCXLII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorandissime. Ante paucos dies respondi D. vestrae R. ad litteras ipsius, Mlave 21 Aprilis datas. Eas litteras reddet ipsi cubicularius Regiae Majestatis. Summa est. Exactionem mittat R. D. vestra, quae collecta est. Mittat autem per eundem illum Cubicularium, qui litteras reddidit, adjuncto aliquo ex suis, propter quietationes referendas. Reliquum quod etiam exigendum superest, mittet postea, ubi exactum fuerit. De augustiori titulo ita habeat D. vestra R. obtigisse mihi his diebus, per Dei gratiam, Episcopatum Cracoviensem, quem nuntium non dubito R. D. vestrae jucundum fore. Deum precor, ut hic honor meus cedat in Dei gloriam et dioecesis illius salutem et tranquillitatem. D. vestram R. optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 2 Maji 1572.

Titulus D. vestrae R. exagitatur adhuc. Spem tamen habeo in Domino Deo, omnia propediem tranquillióra fore. Quam ad rem studium meum non est defuturum.

CCCXLIII.

Idem.

Stanislao Ciołek.

Mój łaskawy Panie Ciołku miły. Życzę W. M. zdrowia i wszego dobrego na długie czasy.

P. Doktor Latercyan, Sekretarz Króla J. M., który za godnemi służbami i cnotliwemi sprawami swemi, nie tylko pozy-

skał sobie łaskę J. K. M. ale też i mnie tak się zachował, iż go czczę, ważę i miłuję, jako człowieka dobrego, a cnotliwego i godnego sługę J. K. M., dał mi tę sprawę, iżeś W. M. z prośbą wielką kupił u niego dwa klejnoty, za któreś mu został dziewięćset i pięćdziesiąt złotych, które pieniądze miałeś mu W. M. zapłacić jeszcze na Trzy Króle blisko przeszłe według cyrografu swego. A iż teraz wrychle jedzie na posługi J. K. M. do Wenecyi, opowiedział mi się, iż bez tych pieniędzy żadną miarą wyprawić się na tę drogę nie może i prosił mnie pilnie o przyczynę do W. M., jakoby od W. M. co najrychlej te pieniądze mieć mógł. A tak ja proszę W. M. i upominam jako przyjaciel, abyś mu W. M. z temi pieniędzmi dalej nie mieszkał, gdyż W. M. temu rozumieć możesz, iż już czas dawno minął, na który pieniądze od W. M. mieć miał, a on przedsię tego długu z skromnością wielką czekał i czeka, nie chcąc się przykrzyć W. M. Uczynisz mi W. M. rzecz wdzięczną i którą ja wszelaką uczynnością swą oddziaływać W. M. będę, gdy P. Doktor Latercyan za tą przyczyną moją przyjdzie bez mieszkania do zapłaty tych pieniędzy od W. M. Bo nakoniec musiałoby się to oprzeć o Króla J. M., gdzieby jaką dłuższą zwłokę w tej zapłacie cierpieć miał, gdyż Królowi J. M. na tem należy, aby co najrychlej jechał do Wenecyi, a on powiada, iż bez tych pieniędzy jechać ani chce ani może, a ja jako przyjaciel W. M., nie życzyłbym tego W. M., aby się tem Król J. M. bawić miał, i tego co najwięcej przystrzegam i przystrzegać będę. Z tem się W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae 6 Maji 1572.

CCCXLIV.

Idem.

Stanislao Grotkowski.

R. D. amice charissime. Posyłam W. M. mandat ad resi-

gnandum villam meam praestimonialem, tak jakoś mi W. M. pisał. Co się tycze winszowania W. M., jakom nigdy w tem nie wątpił, żeś mię W. M. miłował, tak też dziękuję W. M. za to przyjacielskie winszowanie, będąc pewien, iż mi W. M. tego ex animo życzysz. A gdzieby mię to potkało z łaski Bożej i z łaski Króla J. M., ofiarując W. M. wszelaką chuć i przyjaźń swoję do każdej rzeczy W. M. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 8 Maji 1572.

CCCXLV.

Idem.

Mart. Rusiecki [1]).

R. D. amice charissime et honorande. Życzę tego multis nominibus kościołowi Krakowskiemu, iż W. M. natenczas Administratorem obrano, bo tak rozumiem, iż za dojrzeniem W. M. i insze rzeczy porządnie pójdą, na których kościołowi et universae dioecesi należy, i gospodarstwo też, na którem niemniej należy futuro successori, tak opatrzone będzie, jakoby ten sukcessor miał przyczynę dziękować W. M. et testari vicissim animi sui gratitudinem przeciwko W. M. Jakoż i sam o to W. M. pilnie proszę, abyś W. M. in eam curam incumbat, aby folwarki przez ten czas administrationis W. M. nic były spustoszone, ale żeby tak były sprawowane, jakoby się najlepiej futuro episcopo oddać mogły. To piszę jako człowiek ejusdem ordinis z W. Mmi, a jako ten, który ecclesiis optime cupio. Jeśli więc, tak jako ludzie głos już puszczają, P. Bóg co ze mną w tej mierze uczynić będzie raczył, tedy i ja, coby mię kolwiek dobrego potkało od W. M. przy spuszczaniu i oddawaniu fol-

---

[1]) Marcin Rusiecki vel Izdbieński, Scholastyk Krakowski. Patrz o nim przypisek do N. CCXXXV.

warków, chciałbym to iście vicissim W. M. wszelaką uczynnością swoją oddziaływać. Bene valere R. D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 8 Maji 1572.

CCCXLVI.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. amice charissime et honorande. Przedtem niż mię list W. M. doszedł, gdzie mi W. M. w tych wakancyach zalecasz rzeczy i fortuny swoje, pisałem do W. M. tak, jako W. M. podobno będziesz kontent z chęci a życzliwości mojej. Jakoż jednak nic w tem W. M. wątpić nie trzeba, że ze mnie W. M. w swoich rzeczach jakoś zawsze miał przedtem, tak i teraz będziesz miał brata i przyjaciela życzliwego. Aleć jeszcze teraz jako widzę wszystko przed sobą mamy, najlepiej to poruczyć P. Bogu a łasce Króla J. M., do której ja też, co najwięcej będę mógł, W. M. pomagać będę. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 15 Maji 1572.

CCCXLVII.

Idem.

Georgio Ticinio.

R. D. amice charissime. Negotium moje de Episcopatu Cracoviensi, o którem już to trzecia posta pisał do W. M., commendo W. M. diligentissime. Proszę, aby meam in commendando diligentiam vinceret sedulitas et diligentia W. M. in sollicitando et expediendo. Magnopere me sibi obligabit D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Maji 1572.

CCCXLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1]).

I. Princeps domine Nepos noster charissime. Memoria tenemus, I. vestram recepisse, se Commissarios suos designaturam esse ad controversiam illam Nobilium Konojacki et Drahe, de finibus bonorum Plowasch componendam, dummodo a pactis communibus ne discedatur. In quo sane acquiescimus. Sic enim et non aliter, controversias privatorum dirimi semper cupimus, ut ne quid pactis communibus praejudicetur, quae semper inviolata esse volumus. Quamobrem ut finis tandem ei controversiae imponatur, non impedimus, quominus I. vestra ex pactis communibus, jure suo in ditione sua utatur, dummodo is qui ditionis nostrae est, Konojacki, jus suum adversus eum, qui est in ditione I. vestrae, Cleopham Drahe, consequatur, per sententiam Commissariorum I. vestrae. Quibus equidem non minus liberum erit privatos controversorum istorum bonorum limites, etiam in ditione nostra sitos, contemplari, quam nostris vicissim Commissariis, si opus fuerit, licitum erit recognoscere et lustrare eos limites, qui ad bona subditi nostri pertinent, etiamsi illi limites sint in ditione I. vestrae constituti. Summa est, ut aequo jure controversia decidatur, et jus reddatur subdito nostro, quem I. vestrae nunc etiam commendamus. Bene valeat I. vestra.

Dat. Varsaviae 16 Maji 1572. R. n. 43.

---

[1]) Albert Fryderyk.

CCCXLIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Non est quod I. P. vestra miretur nec scribi ad se, nec sibi fortassis ad multa responderi. Sumus enim comitiorum negotiis omnes occupati et quod majus est, in hac tanta S. R. Majestatis et tam diuturna invaletudine, quid I. P. vestrae ad ipsius litteras certi possit responderi, facile per se ipsa existimare potest. De Vestrio, curabo, quam maxime potero, ut aliquid tamen obtineamus, posteaquam Majestas ejus ex hac tanta artuum debilitate convaluerit. De provisione quidem I. P. vestrae, haec ad me scribit Clodinius Neapoli 28 Martii: „Miałem list od W. M. de data 14 Februarii, prze który mi W. M. mianowicie rozkazujesz, abych miał potissimam rationem J. X. Kardynała około płacenia jemu prowizyi, co ja iście mam na pieczy, jakożem J. M. już zapłacił usque ad Augustum prowizyę jego. Także i P. Wolskiemu usque ad Octobrem, bo im tak czas płacenia przychodzi". Si quid praeterea I. P. vestra desideraverit, faciet me certiorem, dabo operam, ne illi meum studium defuisse videatur. Patris Polanci litteras ex Hispaniis, quas mittere se ad nos scribit I. P. vestra die 12 Aprilis, hactenus non habuimus. De exequiis S. Reginae quod scribit, equidem quantum intelligo, non arbitrantur hic homines aut laborem hunc aut sumptum esse illo in loco necessarium. Hic et Pragae sufficere existimant exequias celebrari. Allatae huc sunt etiam proxime litterae I. P. vestrae de obitu S. D. nostri [1]). Faxit Deus, ut successo-

---

[1]) Papież Pius V.

re novo, cum universa Christiana respublica, tum vero etiam Polonia nostra nominatim, singularem aliquam consolationem percipiat. Negotium I. P. vestrae cum Capitulo curae mihi est futurum, ut primum ad me de ratione novae formulae, quam I. P. vestra mittere se significat, relatum fuerit. Vetus quidem formula suscepta non fuit propter inopiam earum probationum, quibus res ipsa indigebat, quam causam memini me I. P. vestrae adscribere. Nunc videbimus quid futurum sit. Coadjutoris rationes magis ac magis confirmari videntur. Reliqua tempus ipsum roborabit. In me sane nunquam quicquam illi deerit. Atque haec quidem fere ad litteras I. P. vestrae, quantum in hac R. Majestatis invaletudine et nostra occupatione obtineri potuit. Negotium nominationis meae ad Episcopatum Cracoviensem magnopere I. P. vestrae commendo. Hoc nunc etiam magis quam antea, quod morte ista Pont. Max. quae interim est subsequuta, omnes expeditiones videntur esse impeditae. Quaeso, ut communicato cum D. Ticinio, D. Vestrio et D. Protonotario Avila, consilio, suscipiat I. P. vestra ejus negotii propugnationem et redditis interea litteris nominationis meae iis, quibus reddi litterae in interregno consueverunt, det operam, ut vel creato statim novo Pontifice, vel alioqui quam citissime id fieri poterit, confirmatio ejus nominationis possit istic obtineri. Ad cetera enim incommoda, quae mora ipsa afferre posset, illud denique maximum periculum imminet, quod verendum est in hac tanta omnium rerum impunitate atque licentia, ne quis haereticorum in hac R. Majestatis affectissima et afflictissima valetudine, Episcopatum illum invadat, praesertim, si, quod absit, ad hanc Majestatis ejus afflictam valetudinem humanum aliquid acciderit. Jam nunc enim non desunt, qui ejusmodi sermonibus materiam suggerere non dubitent, quae posset sine magno negotio in magnum aliquod ecclesiae illius Cracoviensis malum erumpere. Difficilius autem profecto amissa restaurantur, quam parata conservantur. Quaeso iterum atque iterum, patiatur I. P. vestra, eam rem sibi curae esse.

Bene valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea ex animo commendo.

Dat. Varsaviae 22 Maji A. D. 1572.

CCCL.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Tą śmiercią Papieską obawiam się jakiego przedłużenia konfirmacyi nominationis meae ad Episcopatum Cracoviensem, które przedłużenie gdyby długie być miało, zaprawdę i na Biskupstwo casum jakiego nietrafnego obawiać by się potrzeba, gdyż tu w tej naszej swej woli a za tą też chorobą Króla J. M., już i teraz nie schodzi na takich, którym bardzo się podoba Iłża i Bodzęcin etc. tak, iż nic inszego deesse non videtur, jedno occasio a przygoda jaka, czego Boże uchowaj, na pana. A tak proszę, rozmówiwszy się W. M. cum D. Vestrio et Avila Protonotario, proś W. Mć J. X. Kardynała Varmiensem nostrum, aby list nominationis meae bez mieszkania był tym oddan, którym jest obyczaj listy oddawać, sede vacante et creato statim Pontifice, albo alias jako najrychlej być może, przełożywszy te pericula, które sam bonis Episcopatus illius imminerent, gdzieby się rzecz długo wlec miała, aby confirmatio nominationis meae co rychlej wyprawiona być mogła. Jakoż nie wątpię, iż W. M. już do tych czasów pilności wszelakiej nie zaniechał, wedla tamtej praktyki, którejeś W. M. lepiej świadom niż tu my. Summa est, iż z tą konfirmacyą zaprawdę mieszkać nie potrzeba, aby więc za lada przygodą wielka się jaka a kościołowi onemu szkodliwa mutacya nie stała. Konia swego przez Jastrzębskiego czekam. Zapłacę rad wszystko co się na to wydało. D. Vestrio non deero, by jedno Król J. M. ozdrowiał. Olympius, jeśli się już odpra-

wił z Jezuity, niechajby do mnie przyjechał bez mieszkania. Bene vale.

Dat. Varsaviae 22 Maji 1572.

CCCLI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Iżbyś W. M. rad wiedział jako się Król J. M. z testamentu Królowej nieboszczki i takież de exequiis constituto kontentuje, tak rozumiem, iż aczby był J. K. M. wolał czas rychlejszy, jednak i na tem przestaje, który jest przez J. C. M. postanowiony, na który posłów omieszkać nie zaniecha. Co się tycze testamentu, tak widzę, iż po te czasy J. K. M. przez niesposobne zdrowie swoje przeglądaniu tego testamentu dostatecznie vacare nie mógł, jednak quicquid ejus factum est, in optimam partem accipit, a w tem co J. K. M. należeć będzie, gdy do tego przyjdzie, deklarować się nie omieszka. Expectamus quid Magister Teutonicus [1]) respondeat Caes. Majestati. My podobno będziem pogotowiu, jednoć o Doktory nie wiem, bo W. M. wiesz jako ich u nas mało, zwłaszcza tego negotium świadomych.

Za winszowanie Krakowskiego Biskupstwa dziękuję. Obawiam się jednak, żeby morte Pontificis, expeditio confirmationis diutius extracta nie była. Quod quidem rebus ecclesiae illius non parum incommodare posset, za lada odmianą u nas, zwłaszcza pod tą tak długą chorobą J. K. M. Co też nie wadzi, abyś W. M. privatim do Rzymu znać dał. Co się tycze accessionem fortunarum W. M., erit mihi et est jam summae curae, w tem W. M. wątpić nie trzeba. Aleć widzę z tych rzę-

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim.

czy, jako idą, iż omnia fere erunt integra aż do drugiego podobno Sejmu, gdyż ten Sejm już ad exitum properat, a jam nie jest in Episcopatu confirmatus. I W. M. i braci W. M., ubi maxime potero, non sum defuturus. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 22 Maji 1572.

CCCLII.

Idem.

St. Kłodzinski.

R. D. amice charissime. Acz z Królem J. M. teraz pod tym czasem zdrowia J. K. M. niesposobnego wiele sprawować się nie może, jednak dałem znać J. K. M. tę dobrą posługę W. M., iżeś W. M. przywiódł perswazyami swemi Viceregem do tego, iż obiecał intratę J. K. M. tegoroczną dać sine mora do rąk W. M. Co J. K. M. z łaską od W. M. przyjmuje a rozkazuje i przypomina W. M., abyś W. M. wszystko to, cobyś W. M. do J. K. M. per cambium posłać miał, abyś to W. M. oddawał Soderinis vel plenipotentibus eorum, tak jako to J. K. M. pisał W. M. sexta i 12 Martii, które listy doszły W. M., tak jako znać z listu W. M. de data 18 Aprilis. Dalej nie wiem co za nowego cambium z temi Soderiny W. M. potrzebujesz, gdyż masz mandata J. K. M. duplicata i podobno triplicata w tej mierze. A wszakże gdy będzie zdrowszy J. K. M., powiem to wszystko J. K. M. Interim tegom pewien, iż Król J. M. pieniędzy na ten czas potrzebując, z większą to łaską od W. M. przyjmować będzie, gdy W. M. co rychlej te pieniądze poślesz, niż gdybyś W. M. czekając na to nowe cambium, które jeśli potrzebuje ręki J. K. M., tak rychło być nie może, miał czas jakiś długi zwłóczyć, a pieniądze tam niepotrzebnie trzymać. Negotium D. Patricii, około sześciset dukatów ab universitate Trigiani, zalecam W. M. pilnie. Wiesz W. M., iż ten dobrze to Królowi J. M. zasługuje, a W. M. też piszesz Królowi J. M.,

iż te pieniądze na Trigianę żadnej difficultatem nie mają. Nie wątpię, iż mu W. M. do tego z chucią wielką dopomożesz, gdyż też to on tu W. M. rzeczy, a mianowicie augmentum provisionis W, M. nie przepamiętywa, czegom ja dobry świadek. Prowizyę Cardinalium Varmiensis et Commendoni, abyś W. M. zapłacił prosiłbym W. M., jedno widzę z listu W. M. 18 Aprilis, iżeś już obiema W. M. zapłacił. P. Stempowskiego [1]) tu nie masz. Gdy przyjedzie, nie zapomnię z nim mówić o tę zapłatę. Na insze rzeczy odpiszę W. M., skoro się Królowi J. M. da-li Bóg poprawi. O augmentum provisionis W. M., we mnie nic wątpić nie trzeba. Re ipsa hoc cognosces. Jedno też W. M. Doktorowi Patrycemu ne desis w tem co ma pro una vice od J. K. M. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 22 Maji 1572.

CCCLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Capitulo Cracoviensi.

Venerabiles d. n. d. Vacuo facto Episcopatu Cracoviensi, morte R. olim in Christo patris D. Philippi Padniewski Episcopi, qui proxime vita est functus, nominavimus ad eum Episcopatum et designavimus R. Franciscum Krasinski, Praepositum Plocensem, Archidiaconum Varsoviensem et regni nostri Vicecancellarium, quem ecclessiae Dei et reipublicae regni nostri maxime idoneum his temporibus fore judicavimus. De qua sane nominatione nostra, cognoscent D. vestrae copiosius ex hoc Internuntio et Secretario nostro, Generoso Jacobo Lesiewski, cujus verbis D. vestrae fidem habebunt. Sicuti autem nos jure nostro et majorum nostrorum usi, nominatione ejus-

---

[1]) Stanisław Stempowski, Kanonik Kujawski.

modi perfuncti sumus, ita D. vestras hortamur diligenter, ut voluntatem nostram secutae, ad electionem accedant et quem unum placere nobis intelligunt, in eum suffragiis quoque suis consentiant et eundem de more eligant. Facturae D. vestrae pro officio suo et gratia nostra.

Dat. Varsaviae 26 Maji 1572. R. n. 43.

CCCLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Pont. Romano Gregorio Papae XIII.

Beatissime pater etc. Cum decessisset ex hac vita R. in Christo pater D. Philippus Padniewski, Episcopus Cracoviensis, designavi in ejus locum R. Franciscum Krasinski, Praepositum Plocensem, Canonicum Cracoviensem et Regni mei Vicecancellarium, cujus virtus et in omnia administrando munere industria, primum quidem duobus Gnesnensibus Archiepiscopis, Nicolao Dzierzgowski et Joanni Przerembski, quorum temporibus totius etiam cleri nomine Internuntius, fuit ad S. Sedem Apostolicam ablegatus; deinde autem mihi quoque ipsi, partim initio, in magnis et continuis legationibus aliquot obeundis, partim autem in gerendo hactenus hoc isto Vicecancellariatu regni mei, cui aliquot hos annos singulari cum laude praefuit, ita probata est, ut quem illi ad administrationem Cracoviensis illius ecclesiae praeferendum esse existimarem, haberem neminem. Quod totum ex prioribus meis litteris Pio V Pont. Max. inscriptis, abunde cognosci potest. Quoniam autem ita accidit, ut Pontifex ille, non modo non confirmata, sed ne visa quidem designatione mea, rebus humanis sit exemptus, etsi non dubito, quae Pontifici praecessori inscribi solent in hoc genere, ea ad ipsum quoque successorem atque adeo ad ipsam Sedem Apostolicam pertinere, tamen majoris constantiae meae testificandae causa, faciendum mihi esse existimavi, ut eadem

de re, ipsam quoque S. vestram facerem certiorem. Itaque nominatum illum meum R. Franciscum Krasinski, regni mei Vicecancellarium, majorem in modum S. vestrae ad hunc Episcopatum Cracoviensem commendo, et peto ac quaeso, ut designationem hanc et renunciationem meam ratam habere atque auctoritate sua confirmare velit; et quidem hoc maturius, quod non solum respublica regni mei Episcopum requirat, qui loco suo, id autem est loco inter Episcopos prorsus primo, sententiam in Senatu regni dicat et ecclesia illa, in cujus dioecesim maxima propemodum influxit colluvies doctrinarum variarum et peregrinarum, quae ipsae factionibus hominum illic potentium et gratiosorum mirum in modum aluntur et sustinentur, pastorem et defensorem inprimis desideret, verum etiam quod haec utraque tanto majoris celeritatis indigeant, quanto magis totum hoc negotium, interregno ejusmodi et vacatione Sedis Apostolicae, hactenus est extractum. Gratissimum igitur mihi S. vestra fecerit et dioecesis illius rationibus quam maxime accommodatum, si nullam prorsus moram interposuerit ejus confirmandi, tum autem praeterea, si in solvenda expeditione litterarum necessariarum, eam istic hujus viri rationem haberi jusserit, quam merentur et sumptus quidem ejus per haec tempora in aula mea assidue facti, et illae praeterea constitutiones regni mei, quibus adigitur ad eandem iterum annatam, hic in regno, pro necessitate reipublicae persolvendam. Equidem uti utrumque maxime necessarium esse judico, ita utrumque S. vestrae maxime curae fore confido. Commendo me, regnumque ac dominia mea in gratiam et protectionem S. vestrae.

Dat. Varsaviae 28 Maji A. D. 1572.

CCCLV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. etc. Etsi non dubito I. P. vestram negotium nominationis meae ad Episcopatum Cracoviensem ita curae habuisse, ut illis quidem prioribus S. R. Majestatis litteris, Pio V Pontifici olim Max. inscriptis, aliquid tamen hactenus profectum sit, quod ejusmodi exemplorum copia istic deesse non possit, quibus ostendi possit, litteras nominationum ejusmodi, sede vacante scriptas, pondus tamen et auctoritatem suam, sive apud Cardinales ei rei delectos, sive apud Pont. successorem habuisse: tamen ex superabundanti, ut vocant, mitto nunc etiam iterum alteras de eadem nominatione scriptas Regiae Majestatis litteras, quas I. P. vestra nomini successoris Pontificis inscriptas, quem quidem jam renunciatum esse credimus, reddi per Ticinium, si opus est, jubeat, et, si confirmatio nominationis meae prioribus litteris obtineri non potuit, propter incommoditatem istam interregni, provideat gratia et auctoritate sua, ut iis saltem posterioribus ita possit promoveri, ut res ipsa quamprimum ad optatum exitum deducatur. Summo me beneficio ab I. P. vestra affectum esse profitebor. De negotiis R. Majestatis difficilis erat cum Regia Majestate his praeteritis temporibus tractatio. Nunc cum et comitia jam sunt soluta et Majestas ejus ad pristinam valetudinem redire videatur, per primam quamque occasionem Majestatem ejus alloquar et ad I. P. vestram, quicquid ejusmodi fuerit, perscribi jubebo. Optime valere I. P. vestram cupio, eique obsequia mea etiam atque etiam commendo.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1572.

CCCLVI.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Nie wątpię, żeś już W. M. cokolwiek sprawił około konfirmacyi mojej na Biskupstwo Krakowskie, za onym pierwszym listem Króla J. M., do nieboszczyka Papieża napisanym, gdyż to tam nie nowina mojem zdaniem, jako się z temi listy sprawować potrzeba, które tam przychodzą tempore interregni. Wszakoż ex superabundanti, posyłam teraz drugi list w tej mierze i kopię jego do W. M., który list rozkazawszy W. M. napisać sub nomine Pontificis recens renunciati (jakoż nie wątpimy, iż do tych czasów już renunciatus być musi) oddaj W. M., a porozumiawszy się z J. X. Kardynałem naszym Warmińskim et cum aliis, solicytuj W. M., jakobyśmy odprawę prędką a dobrą mieć mogli, bo periculum est in mora, a periculum nie mnie tylko, ale bardziej jeszcze ecclesiae et bonis illius, jakom o tem też przedtem W. M. pisał. Proszę przyłoż W. M. pilności do tego wszelakiej. Obligabis me tibi hoc officio non mediocriter. Bene vale.

Dat. Varsaviae die 29 Maji 1572.

CCCLVII.

Idem.

Soderinis.

G. D. amici charissimi. Proszę prześlijcie te listy jako najrychlej i najbezpieczniej być może do Rzymu, opatrzywszy aby nie zmokły etc. A pieniądze, o którem W. M. dawno pisał,

proszę aby już tam były w Rzymie pogotowiu, aby się omieszkanie jakie tem nie działo. A ja też tu codzień dam kilka tysięcy złotych do rąk Loryncowych na to conto. Z tem się W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1572.

CCCLVIII.

Responsum Sacrae Regiae Majestatis ad Legationem Reverendissimi in Christo patris, domini Francisci S. R. E. Cardinalis Commendoni et sanctae Sedis Apostolicae de latere Legati.

Datum Varsaviae die ultima Maji MDLXXII.

Intellexit abunde Sacra Regia Majestas, atque etiam expendit ea omnia, quae per Reverendissimum in Christo patrem dominum Cardinalem Commendonum, sanctae Sedis Apostolicae Legatum de latere, in medium proposita fuerunt, invitandae et adducendae Majestatis ipsius gratia ad eandem illam societatem foederis sacrosancti, quae jam est hactenus inter nonnullos Christianos principes pacta, atque inprimis Sedis ipsius Apostolicae auctoritate, pro salute et gloria Christiani nominis ab immanibus et barbaris gentibus aliquando vindicanda, constituta. Ac quoties sane piam hanc et salutarem sanctae Sedis Apostolicae, pro omnibus Christianorum regnis atque imperiis sollicitudinem Majestas illius intuetur, toties equidem, uti studium ejusmodi illius sedis proprium, et illa sede dignissimum esse profitetur, ita singularibus illud verborum honoribus non prosequi non potest. Hoc magis etiam, quod in communi illa pro ceteris Christianis regnis sollicitudine, ne sui quidem ipsius regni atque imperii Polonici sollicitudinem praetermissam esse intelligit. Quod sane utrumque accidit Majestati ejus Regiae a Sede Apostolica gratissimum.

Quamobrem nihil est, quod vicissim magis cupiat Majestas illius, quam posse et hoc quidem sanctae illius Sedis studium, bono publico destinatum, quantum in se est, imitari et societatem hanc atque conjunctionem Christianorum principum pro rata sua parte quam maxime tueri; atque ita simul et suo regis Christiani officio satisfacere et expectationi, quae de se concepta est, respondere, et regni denique sui necessitati consulere. Verum tamen, ut res se habent hoc tempore, magnopere et ex animo orat sanctam Sedem Apostolicam, cui et facta et consilia sua omnia inprimis probari desiderat, ut rationes quoque Majestatis suae diligentius secum expendat, et quid a Majestate ipsius recte aut secus in hoc genere fieri possit, accuratius consideret.

Principio etsi de firmitate ac certitudine foederum Turcicorum hoc tempore Majestas ejus non disputat, tamen inficiari profecto non potest, esse sibi legitima cum Caesare Turcarum foedera constituta; quorum religionem ac fidem, etsi fortassis genti illi non admodum sacrosanctam esse concedit, sibi tamen, principi per Dei gratiam catholicis opinionibus imbuto et instituto, omne id, quod Deo teste cuiquam promiserit, religiosum inprimis esse debere statuit; rebus praesertim eo non progressis, ut aperte adhuc a religione foederum cum Majestate ipsius, et regno Majestatis ipsius, discessum esse videatur. Alioqui, tantam esse magnitudinem studii et amoris sui erga rempublicam Christianam, Majestas haec Regia et privatim hoc loco et publice apud omnes profitetur, ut se quidem rebus communibus et optime semper cupere, et vires opesque suas omnes libenter debere fateatur, si modo eas tanto et tam arduo ac difficili negotio pares esse intelligat. Interim diem aliquando illum videre votis omnibus desiderat, quo, sublatis e medio omnibus impedimentis, possit hunc tam praeclarum suum animum, et tam promptam ac expeditam suam voluntatem reipublicae Christianae re ipsa praestare et emetiri, quam unam viam expeditissimam esse judicat immortalitatis consequendae.

Atque agnoscit quidem, non parum actum esse in hoc ge-

nere, memorabili illa paulo superioris temporis navali victoria, de qua etiam divino numini gratias agere nunquam intermittit. Verum interea tamen superesse haud multo minora impedimenta intelligit, quae nihilominus paratissimam et incitatissimam Majestatis ejus voluntatem quodammodo remorentur.

Unum, quod hactenus illam, cum a plerisque aliis, tum etiam a laudatissimo et perpetua memoria dignissimo Rege Sigismundo, Majestatis suae parente amantissimo, desideratam universalem omnium regum et principum Christianorum conspirationem, ad tam praeclari facinoris societatem, factam esse non videt; paucorum modo quorundam foedus percussum esse videt, eorumque ipsorum ita longe a regno ipso Majestatis suae Polonico dissitorum, ut Majestati ipsius fortuna regnorum dominiorumque suorum nondum satis tuto ejusmodi societati committi posse videatur, quae subitis regni Majestatis ipsius casibus, seram admodum in tantis locorum intervallis opem adferre posse videretur.

Alterum, quod, si forte omnium principum Christianorum conjunctio tam repente fieri non potest, eorum saltem regnorum et dominiorum accessionem factam esse non videt, quae sunt in vicinia Majestatis ipsius constituta; ut Majestas illius eorum vel fiducia, vel exemplo, facilius in gloriosissimi istius laboris et periculi partem vocari posse videretur. Sunt autem profecto haec regna atque dominia ejusmodi, ut, praeter vicinitatem cum Regia Majestate, magnum in ipsis, ad ejusmodi consilia et capienda et tentanda, momentum positum esse videatur, vel ob nominis ac nationis ipsius dignitatem, vel ob locorum opportunitatem, vel ob virorum, equorum, armorum, pecuniarum, commeatuum denique copiam atque apparatum singularem; quae quidem alibi fortassis singula, hic propemodum universa, sine magno negotio haberi possunt.

Tertium, quod eorum quidem qui hactenus ad hanc sanctam societatem coierunt, nemo est, sancta ipsa Sede Apostolica excepta, qui Majestatem ejus Regiam ad eandem societatem invitet; nonnulli vero etiam ex ipsis, non obscure Maje-

statem illius ab eadem illa societate quasi de industria dehortari, atque adeo arcere et prohibere videntur, dum Majestatem ejus insignibus admodum et apertis injuriis adficiunt, quae ipsi etiam sanctae Sedi Apostolicae et universo propemodum terrarum orbi non sunt ignotae. Itaque uti in optima quidem et vere paterna sanctae Sedis Apostolicae voluntate Majestas ejus acquiescit, ita reliquorum etiam foederatorum voluntates sibi in hoc genere negligendas non esse profitetur.

Quartum, quod cum ne ipsi quidem proprie regno Majestatis Regiae desit aliorum hostium copia, non solum ex barbaris atque infidelibus nationibus conflata, verum etiam ex iis qui nomine Christiano censeri videri volunt, cum quibus omnibus partim continua regno Majestati ejus, non magis pro sua incolumitate, quam pro salute totius Christianitatis suscepta bella, partim ita dubia et incerta vicinitas et amicitia intercedit, ut facile per quamcumque occasionem maximi inde motus, maximae trepidationes, tumultus etiam maximi Majestati ejus sint expectandi; equidem non magis sibi cogitandum esse Majestas ejus existimat, quomodo communi hosti noceri, quam quomodo regno ipsi suo adversus proprios ac peculiares inimicos prospici ac provideri possit. Cum praesertim ratio ipsa moneat, magnopere verendum esse ipsius Majestati, ne, occupata forte Majestate ejus belli istius Turcici societate, ad quam invitatur, ditiones regnorum suorum, et natura alioqui planissimae, et propter operum ac munitionum raritatem, omnibus hostilibus impressionibus admodum obnoxiae, magis etiam, cum veterum ac perpetuorum hostium incursionibus, tum vero dubiorum illorum ac simulatorum amicorum direptionibus pateant; atque etiam praeterea, vel novos ipsos ex foederatis factos hostes Turcas, vel eos certe, quos Turcarum dicto audientes esse necesse est, insigni aliquo, quod absit, malo suo experiantur. Quod quidem etiam hoc magis verendum sit, quod ejusmodi forte calamitate afflicta, quod absit, Polonia, universa etiam ipsa Christianitas iisdem malis involvi, et paulo post certissimum jam suum interitum et occasum procul dubio

expectare posset, perfossis videlicet semel ac sublatis eorum parietum lateribus, quibus interea munitur, atque a barbararum et universo Romano nomini infestarum nationum incursionibus defenditur.

Quamobrem si quis sit, qui fideli et maxime, ut videtur, necessaria hujus regni opera ad res tantas aliquando uti velit, huic quidem etiam ipsi fidelis inprimis et maxime necessaria cura suscipienda sit, de certo aliquo et ad ejusmodi casus admodum necessario praesidio comparando.

Quod quidem ipsum si quando comparatum fuerit, itemque si cetera in hoc genere, sive sanctae Sedis Apostolicae auctoritate, sive cujusquam alterius opera atque industria, sive communi omnium Christianorum studio ac felicitate quadam singulari, recte provisa et constituta fuerint, inprimis autem, si vel omnes nationes Christianae, quod quidem Majestas ejus Regia inprimis optaret, vel saltem, si vicini Majestati ejus reges atque principes, in hisque ante omnes Caesarea ipsa Majestas, et Romanum ipsum imperium, praecipua Christianitatis membra, ad hanc societatem adducta fuerint, poterit Majestas ejus Regia, ubi de his certior facta fuerit, amplius de totius negotii ratione deliberare et rem integram ad senatum regni sui referre, atque etiam, si Deus voluerit, ita ad commune hoc incendium extinguendum, non solum pro communi Christiani regis officio, sed etiam pro privata et singulari sua erga rempublicam Christianam voluntate accurrere, ut in hac sacrosancta regum et principum et nationum Christianarum expeditione atque apparatu, non postremum inter principes ipsos locum tenere videatur. Quod quidem sibi de ipsius Majestate sancta Sedes Apostolica firmissime potest polliceri.

Sic enim de se Regia illius Majestas universae Christianitati omnino persuasum esse cupit, quod etiam non verbis solum, sed etiam factis ipsis, ubi usuvenerit, declaraturam se esse non desperat, se, cum plerisque aliis, tam Divi sui parentis Sigismundi regis, quam aliorum etiam divorum majorum suorum laudibus, non invita, concedat, illa tamen laude nequa-

quam concedere, ut optabilior olim Majestatibus ipsorum fuerit pax, otium, securitas, salus, libertas, tranquillitas, dignitas, amor etiam et societas, ac conjunctio Christianorum regnorum, quam eadem haec ista et nunc sunt, et deinceps per Dei gratiam perpetuo futura sunt Regiae huic Majestati, quoad vixerit; quibus quidem laudibus ita Majestas ejus Regia inflammatur, ut vita etiam ipsa et sanguine suo, si aliter fieri non possit, libenter admodum gloriam et incolumitatem Christianitatis ipsius repraesentatura esse videatur.

Atque haec quidem omnia Reverendissimus dominus sanctae Sedis Apostolicae Legatus de latere, ad sanctam ipsam Sedem Apostolicam, nomine Majestatis ipsius, diligentissime referet, et studium ac voluntatem Majestatis ejus, cum erga se ipsum, tum vero maxime erga sanctam Sedem Apostolicam sibi maxime habebit commendatam.

CCCLIX.

Responsum S. R. Majestatis datum I. Dom. in Prussia Ducis Internuntiis.

Varsaviae die 4 Junii 1572.

Ad ea quae exposita sunt S. R. Majestati domino nostro clementissimo per I. D. in Prussia ducis Consiliarios, in comitiis istis Varsaviensibus, Majestas ejus Regia sic respondet.

Principio quod controversiam Majestatis ejus Regiae cum S. D. Danorum Rege [1]) attinet, etsi a S. illius pleraque ejusmodi profecta sint, quae contra mutua S. ipsius cum Regia hac Majestate et regnorum utrorumque, tum vetera inter se, tum recentia pacta ac foedera, commissa esse videantur, tamen Regia illius Majestas, propter bonum pacis et tranquillitatis communis, cujus semper fuit studiosissima, non invita assensa est

---

[1]) Fryderyk II.

I. principibus dominis Saxonico et Brandeburgico Electoribus [1]), qui Majestatem illius Regiam ad ineundam cum S. Danorum Rege concordiam magno studio per litteras invitarunt, atque ad eam constituendam operam suam Majestati ejus detulerunt, ut opportuno loco atque tempore Majestatis illius Commissarii cum Danicis conveniant, ad disceptandam totam hanc controversiam, et honesto aliquo ac pacato fini, per amicabilem I. I. suarum compositionem, terminandam. Quo quidem in genere nihil aliud Majestas illius Regia praestolatur, quam, ut certior primo quoque tempore possit fieri, de die et loco, ad eam rem designato. Quod ubi cognitum habuerit, nihil sane desiderari in se patietur, quod ad officium boni et Christiani Regis pertinere videretur. Interim studium hoc I. Ducis Prussiae, nepotis sui charissimi, quod tum antea ex Generoso curiae suae Referendario [2]), tum hoc tempore ex Consiliariis I. suae intellexit in hoc genere, grato prorsus et jucundo animo accipit.

Atque ad eundem quidem hunc modum illam quoque alteram cum Magistro Teutonico [3]), de terris Prussiae controversiam, Majestas illius constituit. Cum enim semel dederit id postulatis Caes. Majestatis, assentientibus regni Senatoribus et reliquis ordinibus, ut ea quoque causa ex bono et aequo per Majestatem ejus Caesaream, utrisque partibus disceptantibus cognosceretur, et Caes. Majestas de ea re Magistrum ipsum jam admonuerit, nihil restat, quam ut dies et locus ejusmodi disceptationi a Caes. ipsius Majestate constituatur et ad Majestatem ejus Regiam perferatur. Quod ubi erit factum, nulla mora interposita, I. D. in Prussia Ducem faciet Majestas haec Regia certiorem, ut I. sua ad Oratores et Commissarios Majestatis ipsius suos quoque adjungat, et legum communium et horum quoque privatorum jurium peritissimos, quibus recte

---

[1]) Elektorowie: August Saski i Jan Jerzy Brandeburski.
[2]) Stanisław Sędziwoj Czarnkowski, Referendarz Koronny.
[3]) Jerzy Hund von Menkheim.

causa haec tanta et tantopere ad multas regni Majestatis regiae rationes pertinens committi posse videatur.

Quod autem attinet postulata illa I. suae, tum de tollenda provocatione ab I. ipsius, tum vero etiam de concedendo loco et jure suffragii ac facultate cudendae monetae, existimat S. Majestas Regia satis ad haec omnia superioribus temporibus, tum ipsi I. D. Duci, tum etiam parenti I. ipsius, responsum fuisse, ad quae se hoc tempore refert Majestas illius. Nam praeterea, in his quidem comitiis, de ejusmodi rebus agi nihil potuit, prolatis fere negotiis omnibus ad comitia deinceps futura.

De controversia finium inter Magnum Lithuaniae et Prussiae Ducatum dirimenda, curae erit Regiae Majestati, ubi convaluerit. De civitatibus Prussiae majoribus, factum est hoc tempore singulari gratia et clementia S. R. Majestatis domini nostri clementissimi, ut duarum civitatum Elbingensis et Thornensis rationibus abunde sit consultum, quando id civitates illae maximo studio cupere ac quaerere viderentur. Quod autem Gedanensium non eadem hoc tempore ratio habita fuerit, factum est ex eo, quod Internuntii civitatis illius cum limitata potestate ad ejusmodi tractatus venissent, nec, ut ceterarum civitatum Internuntii plenam a suis civibus tractandorum eorum negotiorum facultatem attulissent. Et tamen S. R. Majestas pro singulari naturae suae benignitate, sicut semper antea, ita nunc quoque, tam Gedanenses ipsos, quam reliquos subditos omnes suos, gratia sua et clementia regia prosequi nunquam intermittet.

Ceterum, quod proscriptum illum hominem attinet, pro quo I. princeps partes suas apud Regiam Majestatem interponit; ut in hac quoque parte precibus I. suae satisfieret, et nunc quidem referri de eo negotio ad Senatum suum Majestas ejus jusserat, et quoniam hoc tempore, propter invaletudinem Majestatis ipsius, res plane confici non potuit, deinceps etiam, ubi per Dei gratiam convaluerit, plenius referri jubebit et postea de sententia sua I. ejus faciet certiorem. Interea poterit ipse in ditione I. suae sententiam hanc Majestatis Regiae expectare.

Causam autem Duninorum, quam I. princeps Majestati huic Regiae commendat, committet Majestas ejus Regia primo quoque tempore certis Consiliariis suis cognoscendam, eisque diligenter mandabit jus in causa dici et justitiam administrari.

Negotio porro Nacimerorum, et ei quod est de sufficiendo Episcopo Culmensi in locum demortui [1]), Majestas ejus Regia, valetudine sua imbecilliore impedita, vacare adhuc non potuit. Habebit tamen, quoad ejus recte facere poterit, commendationis I. principis justam rationem.

Quod ad Vobserum [2]) attinet, deliberatum habebat Majestas illius Regia, contra ipsum id statuere, quod juris et aequitatis ordo postulabat. Ceterum, quia ex parte ipsius demonstratum est, citationem ipsi tardius insinuatam fuisse, constituit ipsum ex superabundanti denuo citari oportere. Quod cum juri I. suae nihil detrahat, confidit Majestas ejus Regia I. ejus in eo acquieturam esse.

CCCLX.

Sigismundus Augustus etc.

St. Klodzinski.

Venerabilis d. n. d. Fecimus contractum cum Soderinis

---

[1]) Stanisław Żelisławski, Biskup Chełmiński, zmarły 1571 r.

[2]) Paweł Wobser z Pomeranii, o którym niejednokrotną znajdujemy wzmiankę w dokumentach czyli w Dyaryuszu Poselstwa Ks. Fr. Krasińskiego do Cesarza Maxymiliana. Wytoczył on sprawę Księciu Pruskiemu przed sądem cesarskim. Król Zygmunt August protestował przeciwko rozsądzaniu tamże sprawy Księcia, który, jako poddany i lennik Króla Polskiego, jego wyłącznie podlegał juryzdykcyi. (Listy Króla: do Ces. Maxymiliana z d. 1 Grudnia 1567 roku i do Ks. Franciszka Krasińskiego z d. 9 Lutego i 3 Kwietnia 1568 r.)

mercatoribus et servitoribus nostris ac sociis eorum, ut omnem pecuniarum summam, quacumque D. tua, vel nunc vel postea, ad nos missura esset ex regno Neapolitano, eam istic Soderinis ipsis, vel correspondentibus eorum, quos ipsi D. tuae in mandato suo procuratorio nominabunt, numeret et assignet, numerarive et assignari jubeat, nullo alio a nobis mandato expectato. Ipsi autem pro singulis ducatis currentibus Neapolitanis, dare hic nobis grossos triginta quinque cum medio tenebuntur. Quare mandamus D. tuae, ut quicquid pecuniae et quantumcumque nunc vel postea habuerit, quod ad nos mitti, nobisque hic munerari debeat, hoc totum ita, ut modo diximus, Soderinis ipsis, procuratoribusve et correspondentibus eorum numeret et attribuat, nosque de ejusmodi summae quantitate, quoties opus fuerit, faciat semper primo quoque tempore certiores. Quod nos a D. tua in rationibus sumus suscepturi.

Dat. Varsaviae 4 Junii 1572.

CCCLXI.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae.

I. Princeps domine nepos noster charissime. Intelleximus omnia, quae ad nos Generosus Venceslaus Shak et Eberhardus Reggius juris utriusque Doctor, Consiliarii I. vestrae, proximis comitiis nostris, nomine I. vestrae retulerunt. Ad quae quidem ita I. vestrae responsum esse arbitramur, ut facile benevolentiam nostram solitam I. vestrae testatam faceremus, quemadmodum ex ipsis illis Consiliariis et Internuntiis suis I. vestra uberius cognoscet. In reliquo cupimus I. vestram bene valere.

Dat. Varsaviae die 5 Junii A. D. 1572.

CCCLXII.

Franciscus Krasusiki, Vicecancellarius Regni.

Duci Prussiae.

I. princeps et D. D. coléndissime. Obsequiorum meorum commendationem. In negotiis I. Cels.vestrae non defui in his comitiis, Internuntiis et Consiliariis ipsius. Sic enim sibi de me I. Cels. vestra persuadeat, me, uti semel colere coepi et observare I. Cels. vestram, ita et nunc quidem facere, et deinceps semper facturum esse per omnem occasionem, ut I. Cels. vestra intelligat, nihil me libentius facere, quam inservire nomini et dignitati I. Cels. vestrae. His diebus S. R. Majestas dominus meus clementissimus contulit mihi Episcopatum Cracoviensem, post mortem R. olim D. Philippi Padniewski Episcopi vacantem. Quod ego quidem I. Cels. vestrae significare volui, ut si quid sit, in quo locus hic meus, in quo per Dei gratiam positus sum, usui esse possit I. Cels. vestrae, intelligat se eo loci habere hominem sui observantissimum.

Commendo obsequia mea I. Cels. vestrae, quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae 5 Junii 1572.

CCCXLIII.

Sigismundus Augustus etc.

St. Klodzinski.

Venerabilis d. n. d. Acz rozumiemy, iż było dosyć na liście naszym zawartym, gdzieśmy wam dawali znać, abyście wszystkie pieniądze, które nam posyłać macie, Soderynom albo korrespondentom ich tam w Neapolim oddawali, wszakoż i teraz

ex superabundanti posyłamy wam list otworzysty w tej mierze, aby się już niczem omieszkanie nie działo. A tak rozkazujemy wam, aby bez mieszkania pieniędzy co najwięcej być może oddaliście tym to Soderynom wedla kontraktu, który wam osobno, podpisany ręką naszą, oddany będzie. A oni tu nam ze wszystkiego respondować będą.

Pamiętamy też, iżeśmy wam byli rozkazali listem naszym, abyście Doktorowi Patrycemu Nideckiemu oddali sześćset dukatów, wyciągnąwszy je ab universitate Trigiani za annatę jednego roku po śmierci nieboszczyka Fogliolę [1]). A iż ten list nasz był podpisany takież ręką naszą, mamy za to, iż wiedząc wy w tej mierze wolę naszą, inaczej nie uczynicie i dalszego rozkazania od nas czekać w tej mierze nie będziecie, zwłaszcza, iż sami piszecie, iż to intrata jest tam najpewniejsza.

Dat. Varsaviae 5 Junii 1572. R. n. 43.

CCCLXIV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

St. Klodzinski.

R. D. amice charissime. Pieniądze wszystkie przesyłaj W. M. przez Soderyny, tak jako jest wola J. K. M. Panu też Doktorowi Patrycemu nie wątpię, iż W. M. oddasz te sześćset dukatów, które mu Król J. M. ex Trigiano pro una vice na przyczynę moję naznaczyć raczył, a o to osobliwie W. M. proszę. Mnie temi czasy J. K. M. Biskupstwo Krakowskie dać raczył, czego wierzę, iż mi W. M. życzysz. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 5 Junii 1572.

---

[2]) Bernard Fogliola.

CCCLXV.

Idem.

Dionisio Ferloriga.

Dionisio. Otrzymałem twój list, w którym mi donosisz o dobrem twem powodzeniu i naukach. Cieszy mię ta wiadomość. Proszę cię więc, ażebyś oddał się z całem zamiłowaniem i usilnością sztuce, w której począłeś się ćwiczyć. Spodziewam się, że nie będziesz tracić napróżno czasu, lecz poświęcisz się pracy, która ci zaszczyt przyniesie. Wysyłając mojego siostrzeńca Jana [1]) do Włoch z J. Em. Kardynałem Commendonim, postaram się zadość uczynić wszystkim twoim potrzebom, zatem abyś nie doświadczył w niczem niedostatku i mógł się wykierować na porządnego i dzielnego człowieka. Bywaj zdrów [2]).

Varsaviae 5 Junii 1572.

CCCLXVI.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum commendationem. Illud idem negotium nominatio-

---

[1]) Okazuje się z niniejszego listu, że synowiec Ks. Podkanclerzego Jan Krasiński, wrócił w 1572 roku na krótki przeciąg czasu do kraju, zatem wyruszył obecnie w powtórną podróż do Włoch, gdzie znajdował się w czasie bezkrólewia po śmierci Zygmunta Augusta.

[2]) List ten podaliśmy w przekładzie z włoskiego.

Quemadmodum autem Senatus et reliqui omnes hujus regni ordines, gratia quidem et benevolentia S. Caes. Majestatis non facile quicquam apud se habent charius aut antiquius, ita vicissim Majestatem ejus Caes. confidunt, quam semel erga regnum hoc benevolentiam a teneris suis annis conceptam ad hanc usque aetatem suam, cum magna integritatis, prudentiae, humanitatis, constantiae suae laude perduxit, ita deinceps porro eandem esse perpetuo conservaturam, ad nominis sui decus et gloriam immortalem. Nos vero, si unquam alias constituta et culta fuit inter reges Poloniae et principes Austriae amicitia, ad utriusque dominii salutem et splendorem, nunc sane et constitutam et cultam iri non dubitamus, et pro parte nostra virili, quoad necesse fuerit, omnem operam daturi sumus, pro bono et commodo totius reipublicae Christianae.

Atque ea quidem ubi Magnificus dominus orator dixerit, iterum hoc loco studia et obsequia omnium ordinum diligenter admodum Majestati ejus Caes. commendabit.

Ex commissione propria totius Senatus, omniumque ordinum regni Poloniae ac Magni Ducatus Lituaniae.

CCCCVII.

Christofero Conarski, Capitaneo Jurboriensi.

G. D. amice charissime. Tak się zdało sam nam wszystkim, abyś W. M. imieniem wszystkich Stanów Koronnych do Xiążęcia J. M. Pruskiego dojechał i u J. X. M. te rzeczy, które z instrukcyi W. M. zrozumiesz, sprawował. Nie wątpimy, iż w tej mierze W. M. żądaniu naszemu dosyć uczynisz, co my też W. M. przyjacielskie zadziaływać powinni będziemy.

Dat. Varsaviae 19 Maji 1573.

D. v. amici Senatus et reliqui ordines regni Poloniae ac Magni Ducatus Lituaniae.

CCCCVIII.

Legatio Generosi D. Christoferi Conarski Capitanei Jurboriensis ad I. Principem D. Ducem in Prussia, nomine Senatus et omnium ordinum regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae.

Dat. Varsaviae 20 Maji 1573.

Salutata officiose I. Cels. ejus, cum comprecatione omnium felicium successuum et commendatione studiorum officiorumque nostrorum I. Cels. ejus, reddet fidei litteras et deinde ita dicet:

Cum his temporibus electioni regis sui Senatus ordinesque regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, uti I. Cels. vestra non ignorat, vacavissent, omniaque diligenter circumspicerent, quae in hoc genere ad utilitatem et ornamentum regni hujus pertinere viderentur, factum est divino prorsus consilio, ut S. D. Henrichus Andegavensium et Borboniorum ac Alvernorum in Gallia dux, S. Regis Galliarum frater germanus, in regem Poloniae eundemque Magnum Ducem Lituaniae, omnium ordinum consensu, eligeretur et renunciaretur.

Eam autem rem hoc libentius I. Cels. vestrae ordines Poloniae et Lituaniae significandam esse existimaverunt, quo magis quoque ejus rei notitiam ad I. Cels. vestram pro communibus cum regno pactis atque foederibus pertinere intelligunt, ut quod ipsi communibus omnium ordinum et hominum vocibus faciunt, idem quoque I. Cels. vestra faciat, et factum hoc, bonum, felix, faustum, salutareque esse, tum regno ipsi dominioque suo, tum vero universae Christianae reipublicae comprecetur.

Ac nihil quidem fecissent libentius Senatus ordinesque regni hujus, quam ut Cels. vestram I., quod ipsa per legatos suos cupere se ostendebat, ad eam electionem secum admitteret, amatur enim procul dubio I. Cels. vestra ab omnibus illis ordinibus; verum quoniam nonnihil controversiae cum de ea re, tum de loco etiam I. Cels. vestrae in Senatu illo superesset, quod eo quidem tempore Senatui ordinibusque decidere nec licebat fortassis et omnino non vacabat, libenter in eam sententiam ab omnibus itum est, ut sine ulla jurium I. Cels. vestrae derogatione aut pactorum communium offensione, res ipsa tota ad tempus aliud, id autem est, ad S. regis ipsius in hoc regnum adventum differretur et cognitioni ac judicio S. illius relinqueretur.

Quod quidem ut I. Cels. vestra in eam partem, quam dico, accipiat, Senatus, ordinesque Poloniae et Lituaniae, majorem in modum ab I. Cels. vestra petunt.

Equidem cum eo ventum erit, ut S. rex adveniens de ea

re per otium cognoscere et constituere cupiat, dabunt operam regni ordines, ut tota ejus rei ratio ex communi dignitate et utilitate constituatur. Sicut enim I. Cels. vestram nunquam suo principis beneficiarii officio erga regnum Poloniae defuturam esse sibi pollicentur, ita vicissim I. Cels. vestrae illud affirmare non dubitant, se pacta ipsa et foedera cum I. Cels. vestra inita et constituta diligentissime esse I. Cels. vestrae conservaturos et omnibus in rebus ita esse gesturos, ut quod jam dixi, vere se ab iis et ex animo amari I. Cels. vestra perspiciat et cognoscat.

Ex commissione propria Senatus ac reliquorum ordinum regni Poloniae et M. D. Lituaniae.

CCCCIX.

Duci Prussiae.

I. princeps et domine amice noster honorandissime. Benevolentiam officiaque nostra omnia commendamus I. Cels. vestrae diligenter. Mittimus ad I. Cels. vestram Generosum Christoferum Conarski, Capitaneum Jurboriensem, qui salutata diligenter I. Cels. vestra, nonnulla ad eam nostro nomine referat, quae ad nostras cum I. Cels. vestra res rationesque hujus temporis communes pertinere videntur. Rogamus I. Cels. vestram, ut verbis ipsius fidem habeat et nos gratia benevolentiaque sua solita prosequatur. Bene valere I. Cels. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 20 Maji 1573.

CCCCX.

Regi Galliarum Carolo nono.

S. R. Majestas. D. D. clementissime. Obsequiorum nostrorum in gratiam S. Maj. vestrae commendationem. Proficiscentibus istuc Oratoribus et Commissariis nostris ad S. Majestatem vestram: a Senatu quidem regni, R. in Christo patre D. Adamo Conarski de Cobylino, Dei gratia Episcopo Posnaniensi, et Illustribus ac Magnificis dominis, Alberto de Lasko Palatino Siradiensi, Joanne Comite in Tenczyn Voinicensi et Capitaneo Lublinensi, Joanne de Tomice Gnesnensi, Joanne Herborth de Fulstin Sanocensi, Andrea Comite de Gorca Międzyrzecensi, Stanislao Krzycki Raciążensi, Castellanis; a Senatu autem Magni Ducatus Lituaniae I. et M. domino Nicolao Christofero Radziwill Duce in Olika et Nieśwież, Marschalco curiae etc. Regni hujus consiliariis; itemque ex equestri ordine, Generosis et Nobilibus dominis Nicolao Firlej de Dambrowicza Casimiriensi, Joanne Zamojski Belzensi, Joanne de Zborow Odolanoviensi, Capitaneis, et Nicolao Tomicki nobilitatis Polonicae; nobilitatis autem Magni Ducatus Lituaniae Alexandro Proński Palatinide Kijoviensi. His igitur proficiscentibus commisimus S. Majestatem vestram reverenter nostro omnium nomine salutare et praeterea nonnulla alia cum Sacra Majestate vestra agere, quae ad majorem utriusque regni conjunctionem videbantur nobis pertinere. Majorem in modum a S. Majestate vestra petimus et quaesumus, ut verbis ipsorum eam fidem, quam nobis ipsis, si eam praesentes alloqueremur, esset habitura, habeat; et obsequia interim nostra in gratiam suam patiatur esse quam commendatissima. Sacram Majestatem vestram diu incolumem esse optamus.

Dat. in civitate Varsaviensi 21 Maji 1573.

Ejusdem S. Majestatis vestrae obsequentissimi servitores: Senatus et reliqui ordines ac status omnes Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae.

CCCCXI.

Poloniae electo Regi statim reddendae.

S. Rex et D. D. colendissime. Obsequia nostra et studia omnia in gratiam S. M. vestrae inprimis commendamus.

Mittimus ad S. vestram Oratores et Commissarios nostros, a Senatu quidem Regni R. in Christo patrem D. Adamum Conarski Dei gratia Episcopum Posnaniensem et Illustres ac Magnificos dominos: Albertum de Lasko Palatinum Siradiensem, Joannem Comitem in Tenczin Voinicensem, et Capitaneum Lublinensem, Joannem de Tomice Gnesnensem etc. (ut supra). Qui salutata S. vestra, delatisque ad eam studiis obsequiisque nostris, acturi sunt cum S. vestra et nostro nomine tractaturi de nonnullis rebus, quae tum ad stabiliendam et ad effectum perducendam electionem nostram in personam S. vestrae in Regem nostrum factam, tum vero ad tractationem perficiendam de contractu matrimonii inter S. vestram et S. Principem dominam Annam, sororem felicis memoriae domini Sigismundi Augusti nuper in Domino defuncti Regis nostri, pertinere videbuntur. Majorem in modum a S. vestra petimus et quaesumus, ut ipsis secum nomine nostro agentibus et tractantibus, eandem fidem habeat, quam nobismet ipsis haberet, si praesentes cum S. vestra ageremus ipsi et tractaremus. Iterum atque iterum obsequia nostra in gratiam S. Majestatis vestrae commendamus, quam diu incolumem esse optamus.

Dat. in civitate Varsaviensi die 21 Maji 1573.

Senatus ac reliqui status etc.

CCCCXII.

Electo Poloniae Regi posterius reddendae.

S. Rex et D. D. clementissime. Obsequiorum nostrorum in gratiam S. M. vestrae commendationem. Commisimus R. in Christo patri et D. Adamo Conarski de Cobylino Dei gratia Episcopo Posnaniensi et Illustribus ac Magnificis dominis: Alberto de Lasko Palatino Siradiensi, Joanni Comiti in Tenczin Voinicensi et Capitaneo Lublinensi etc. (ut supra) Oratoribus et Commissariis nostris, ut post conclusos cum S. vestra et in certa ratione constitutos articulos omnes, qui tum ad stabiliendam et ad effectum perducendam electionem nostram in personam S. vestrae in Regem nostrum factam, tum vero ad perficiendam tractationem de contractu matrimonii inter S. vestram et S. principem dominam Annam, sororem felicis recordationis domini Sigismundi Augusti Regis nostri, pertinere videbantur, omnium nostrum nomine, quod faustum felixque sit, S. vestram in Regem Poloniae et Magnum Ducem Lituaniae postulent et invitent, ac adventum ad nos S. vestrae, quam maxime fieri poterit, celerem et expeditum procurent. Oramus plurimum S. vestram, ut sese ad haec eorum postulata et ad rationem regni nostri accommodet, omnibusque eorum sermonibus in hoc genere fidem habeat. Iterum atque iterum obsequia nostra in gratiam S. Majestatis vestrae commendamus, quam diu incolumem esse optamus.

Dat. in civitate Varsaviensi 21 Maji 1573.

CCCCXIII.

Reginae matri regum [1]).

Reginae uxori regis Christianissimi [2]).

Sacra Reginalis Majestas D. D. clementissima. Studiis nostris et obsequiis Sacr. Majestati vestrae diligentissime commendatis. Commisimus nonnulla Oratoribus nostris R. etc. (ut supra) istuc proficiscentibus, ut S. Majestati vestrae studia obsequiaque nostra diligenter admodum deferrent, et praeterea omnium nostrum nomine omnia illi fausta atque felicia precarentur, ac denique nonnulla alia cum Majestate vestra agerent, quae ad ea de quibus istuc missi sunt negotia pertinere videbuntur. Oramus Majestatem vestram majorem in modum, ut verbis Oratorum nostrorum plenissimam fidem habeat et studia obsequiaque nostra habeat sibi quam commendatissima [3]).

Dat. Varsaviae die 21 Maji 1573.

CCCCXIV.

Litterae passus.

S. et I. dominis Regibus et Principibus, nec non Reverendissimis, Illustribus, Magnificis, Generosis, Spectabilibus, Famatis, dominis tam ecclesiasticis quam saecularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Equitibus, Capitaneis, Locatenentibus, Regentibus, Gubernatoribus, liberis civitatibus, Vicesgerentibus et quorumvis

---

[1]) Katarzyna Medicis.

[2]) Elżbieta córka Cesarza Maxymiliana II, żona Karola IX.

[3]) Tejże treści wyexpedyowano listy do Henryka Króla Nawarry i do czterech Kardynałów, których nie wskazane są nazwiska.

locorum praefectis ac aliis quacumque dignitate, titulo et praeeminentia insignitis, nec non Palatinis, Castellanis, Rectoribus, Nobilibus, Magistratibus, Communitatibus, Burgrabiis et Civium Magistris, Consulibus, Officialibus, portuumque et passuum Custodibus, ac ceteris quibuscumque universaliter omnibus et specialiter singulis, ad quos praesentes nostrae pervenerint litterae, dominis observandissimis et amicis charissimis ac honorandissimis. Proceres, Barones, Senatusque spiritualis et saecularis ac universi regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, ceterorumque dominiorum et provinciarum ad idem regnum pertinentium Ordines atque status. Salutem et obsequiorum suorum commendationem, ac de omnibus benemerendi studium. S. I. R. Illustres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Spectabiles et Famati domini amici observandissimi et omni honore dignissimi. Proficiscuntur istae per ditiones Majestatum, Celsitudinum, Magnificentiarum, Dominationum vestrarum in certis nostris et universae reipublicae regni Poloniae ac Magni Ducatus Lituaniae negotiis ad S. principes et dominos, D. Carolum Nonum Dei gratia Regem Galliarum et ad fratrem ejus germanum dominum Henricum electum Poloniae Regem, ac in Gallia Andegavensium etc. Ducem, Oratores et Commissarii nostri, ab omnibus ordinibus deputati: R. in Christo pater dominus Adam Conarski de Cobylino Dei gratia Episcopus Posnaniensis, et Illustres ac Magnifici domini, Albertus de Lasko, Palatinus Syradiensis, Joannes Comes in Tenczyn Woinicensis et Capitaneus Lublinensis, Joannes de Tomice Gnesnensis, Joannes Herborth de Fulstin Sanocensis, Andreas Comes de Gorca Medirecensis, St. Kryski Raciążensis, Castellani. Atque Illustris et Magnificus dominus Nicolaus Christoferus Radziwiłł Dux in Olika et Nieśwież, Marschalcus curiae Magni Ducatus Lituaniae, Consiliarii regni Poloniae. Ex equestri autem ordine Generosi et Nobiles domini, Nicolaus Firlej de Dambrowica Casimiriensis, Joannes Zamojski Belzensis, Joannes de Zborow Odolanoviensis, Capitanei, et Nicolaus Tomicki, ac Alexander Proński Palatinides Kiioviensis.

Quos Majestatibus, Celsitudinibus, Magnificentiis, Dominationibus vestris diligentissime et ex animo commendamus, orantes, rogantes, petentes et postulantes ab illis, ut ipsos cum omni comitatu, familiaribus, servitoribus, equis, curribus, sarcinis, rebusque illorum omnibus, per loca ditionum suarum ultro citroque euntes, tutos atque securos praestent, atque illis liberos ubique in eundo et in redeundo receptus, transitus, commorationes, reditus et omnia denique, quae ad facultatem ejusmodi conficiendi itineris pertinebunt, praebeant. A solutione etiam quorumvis vectigalium, theloniorum, aggerum, pontium, itinerum, seu quocumque alio nomine nuncupatarum ejusmodi praestationum, immunes et liberos efficiant, eosque ita tractent, uti et personae Consiliariorum regni hujus, Oratorumque et Legatorum nostrorum, quas sustinent, et virtus nobilitasque ipsorum propria postulant. De salvo conductu etiam illis, si opus habuerint, provideant nec quicquam ab eis pestilentis contagionis metuant. Dei enim Opt. Max. beneficio, regnum universum Poloniae his temporibus intactum omnino et illaesum a contagione ejusmodi existit. Quod Majestatum, Celsitudinum, Magnificentiarum, Dominationum vestrarum erga nos officium ac humanitatem, nos cuique ex N. vestris, prout dignitas et persona cujusque requiret, similibus aut majoribus etiam officiis humanitatis referre per omnem occasionem semper studebimus.

Dat. Varsaviae 21 Maji 1573.

Ex commissione propria Senatus et reliquorum ordinum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae.

CCCCV.

Plenipotentia [1].

Nos Proceres, Barones, Principes, Senatus tam spiritualis quam saecularis, equites et omnes reliqui ordines ac status regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, ac ceterarum omnium provinciarum regno ipsi adjunctarum. Significamus tenore praesentium litterarum universis, quorum interest. Quod cum mitteremus ad SS. principes et dominos: D. Carolum Dei gratia Galliarum Christianissimum et fratrem Majestatis ejus dominum Henricum per nos electum Poloniae regem, Andegavensem Ducem, Oratores et Nuntios nostros: Reverendissimum etc. [2]) ad stabilienda et perficienda cum Majestate et Serenitate illorum, nostro et Regni Poloniae nomine, ea omnia, quae in capitibus et articulis electionis, et in juramento Legatorum Majestatis et Serenitatis eorum ultro citroque hic inter nos et praedictos Legatos acta, tractata, promissaque ac pacta et firmata fusius continentur, faciendum nobis esse duximus, ut praedictis Oratoribus ac Nuntiis nostris facultatem daremus convenientem, gerendis ejusmodi rebus nostro nomine cum Majestate et Serenitate illorum. Quod quidem his litteris nostris facimus. Dantes et concedentes supradictis dominis Oratoribus et Nuntiis nostris plenam potestatem ea omnia cum Majestate et Serenitate illorum agendi, tractandi, paciscendi, firmandi, concludendi, quaecumque ad stabiliendam et ad effectum perducendam electionem nostram, factam in personam

---

[1]) Porównaj niniejszy dokument z podanym w dziele margrabiego Noailles: „Henri de Valois et la Pologne en 1572" (T. III, str. 425 — 426.) „Plein pouvoir" etc.

[2]) Nazwiska osób składających poselstwo, opuszczone dla skrócenia w tém miejscu, wypisane są w poprzednim dokumencie.

S. D. Henrici Andegavensium Ducis in Poloniae regem, pertinere videntur, secundum articulos et contractus hic mutuo cum Legatis et Commissariis S. ipsius factos, initos, conscriptos et firmatos. Praecipue autem damus ipsis plenam potestatem tractationis, de concludendo matrimonio inter S. ejus et S. principem dominam Annam, sororem domini Sigismundi Augusti regis nostri, anno superiore in Domino defuncti, suscipere, prosequi et finire. Et generaliter omnia facere, quae circa haec et cetera quae superius expressa sunt, necessaria fuerint et opportuna. Cum facultate tamen, quod si omnes illuc pervenire, hisque interesse aliqua causa non poterint, praesentes et interessentes praemissa omnia exequerentur, absentia aliorum non obstante. Promittentes nos ea omnia, quae sic per supradictos dominos Oratores et Nuntios nostros nomine nostro gesta, dicta, facta, conclusa fuerint, nos approbaturos et pro rato et grato suscepturos esse.

Dat. Varsaviae 22 Maji 1573.

CCCCXVI.

Praescriptum legationis. a cunctis ordinibus et statibus Regui Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae &c. ad S. Principes et dominos, dominum Carolum Dei gratia Galliarum Christianissimum et D. Henricum electum Poloniae regem, datum Oratoribus ad id deputatis.

Varsaviae die vigesima secunda Maji 1573 .

Domini Oratores, quos hoc tempore Respublica regni hujus in regnum Galliae voluit proficisci, cum decreto omnium

---

[1]) Porównaj niniejszy dokument z instrukcją w języku francuzkim, zamieszczoną w dokumentach dzieła: „Henri de Valois et la Pologne en 1572" T. III, str. 427 – 432.

ordinum de electione in regem suum, S. principis et D. D. Henrici, Andegavensium, Borboniorum et Alvernorum etc. in Gallia Ducis, et fratris germani S. principis et D. D. Caroli Dei gratia regis Galliarum Christianissimi, memoria tenebunt ad utrasque eas Majestates legationem suam esse institutam. Principio igitur, ubi eis conveniendi S. ipsius Galliarum Regis potestas facta primum fuerit, delatis ante omnia ad Majestatem ipsius studiis obsequiisque Senatus, atque omnium reliquorum statuum et ordinum tam Regni hujus quam Magni Ducatus Lithuaniae, cum his verborum honoribus, qui maxime et Majestate illius digni et ad singularem ordinum Poloniae erga Majestatem ejus observantiam accommodati esse videbuntur, fausta ac felicia omnia Majestati illius, regnoque ac populis Majestati ejus subjectis precabuntur. Tum deinde, redditis fidei litteris, in hanc sententiam verba facient:

Factum esse admirabili quodam et admodum propitio aeterni ac Maximi Dei consilio, ut, cum ordines regni hujus ad electionem novi regis, post mortem S. principis et D. D. Sigismundi Augusti regis sui, anno superiore ex hac vita ad superos translati, convenissent, exauditis et perpensis cum aliorum Regum et principum legationibus, qui ad eadem illae electionis comitia Oratores suos viros magnos ablegaverant, tum etiam ipsa S. Regis Galliarum et S. fratris Majestatis ejus, Andegavensium Ducis legatione, ipsum S. D. Andegavensium Ducem, summa cum omnium assensione, regem suum declaraverint et publice renunciaverint.

Itaque precari Senatum reliquosque ordines Regni hujus, ut Deus Optimus et Maximus, quod arcano suo instinctu in eorum pectoribus tunc operatus est, id confirmare et in perpetuum, ipsisque, regnoque universo, Majestatique Regis Galliae et S. Duci Andegavensi, totique adeo reipublicae Christianae, bene ac feliciter faxit evenire.

Confidere etiam eosdem ordines, insignem hanc voluntatum suarum in illustrem Valesiorum familiam et in Gallicum imperium inclinationem, fixam in perpetua memoria et ad

omnem posteritatem in animis eorum omnium impressam fore, qui modo vel inclytae hujus familiae nomine vel totius Gallici ipsius imperii orbe continentur.

Et quoniam res ipsa certis quibusdam intervenientibus conditionibus est confecta, de quibus Majestas illius et ab legatis suis fortassis jampridem intellexit, et nunc ab ipsis ordinum Poloniae oratoribus abunde intellectura est, orare Senatum ordinesque Poloniae et Lituaniae Majestatem ejus, ut ea omnia, quae hic per legatos Majestatis ejus promissa ac recepta sunt, auctoritate quoque et jurejurando Majestatis ejus, quae eorum omnium potissimus dux fuit et auctor, et deinde ipsius S. D. Henrici electi Poloniae regis, roborentur, ac denique ad effectum etiam primo quoque tempore deducantur.

Inter cetera autem, quandoquidem omnes regni hujus rationes ita postulant, ut S. D. electus Rex primo quoque tempore in hoc regno sistere se possit, orare Senatum regni hujus Majestatem ipsius, adjuvet ipsa quoque in eo rationes regni Polonici, et quod potest, perficiat, ut S. D. Electus Rex frater Majestatis ejus, rebus in provincia sua regnoque Galliae ex animi sententia compositis, ita discessum suum maturet, ut, omni celeritate adhibita, quamprimum in regno suo repraesentare se possit.

Atque haec fere summa est eorum, quae hoc tempore cum S. D. Galliarum Rege, Oratoribus regni Polonici proposita sunt ad agendum. Quae quidem omnia Oratores ipsi, ratione et modo adhibito, ita dispensabunt, uti res ipsa et regni hujus rationes maxime exposcere videbuntur. Reliqua quae sequuntur, ad ipsum potissimum S. D. electum regem Poloniae pertinebunt.

Cujus item Serenitate diligenter et reverenter admodum salutata, prout majestate et amplitudine futuri regis ac domini nostri dignum est, studium et observantiam omnium ordinum S. ejus magnopere commendabunt et prospera omnia ac felicia, eodem omnium ordinum nomine, precabuntur.

Tum vero redditis fidei litteris, summam legationis suae ita fere exponent:

Serenissime Rex et D. D. clementissime. Quod bonum, faustum, felix ac salutare sit: Senatus, equites, reliquique ordines regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, a quibus huc ad S. vestram, cum fausta admodum et laeta, ac S. vestrae honorifica legatione missi sumus; cum Regem suum S. principem dominum et dominum Sigismundum Augustum, anno superiore ex humanis rebus exemptum, ad coelestes regiones evocatum esse cernerent, indictis de more novi regis electioni comitiis, et multorum illustrium regum ac principum legationibus exauditis, qui pro se, suisve, regnum Poloniae non obscure se ambire demonstrabant, toti ad solas propemodum laudes et virtutes solius S. vestrae, majorumque et propinquorum S. vestrae conversi, ita volente et afflante divino numine, S. vestram, uno omnium et singulorum ore et assensu, regem suum creaverunt et renunciaverunt.

Atque ejus quidem rei, tam laetae et tam salutaris, nuntium et decretum, per nos ad S. vestram perferri voluerunt; orantes magnopere S. vestram, ut quo ipsi animo ac studio regium hunc honorem ad S. vestram prae ceteris deferunt, eodem ipsa ad se delatum accipiat; et se ita ad amplissimum hoc regium munus accingat, ut et memoriam quidem ejus rei perpetuo in animo suo retineat ac conservet, et re ipsa omnibus omnium gentium ac nationum hominibus demonstret, se eum quidem regium honorem non magis studio et voluntate nostrorum hominum, quam egregiis suis ipsius in rempublicam Christianam meritis et virtutibus esse consecutam.

Habebit S. vestra regnum, et terrae quidem ac regionum amplitudine longe patens, et antiquitate ipsa vetus et copiis locuples, et robore virorum insigne, et nobilitate clarum, et libertate florens; sed ita tamen, ut in eo campus deesse nunquam possit majoris indies virtutis exercendae, sive ex iis rebus aestimetur, quae sunt intus, sive ex illis potius, quae sunt foris. Nam et domi habet, in quo industria S. vestrae recte

versari poterit, et foris abunde est materiae, unde gloria S. vestrae uberior quaeri optimis artibus ac parari possit. Quae omnia si S. vestra diligenter providerit, equidem non minus nos S. vestrae debebimus, quae hunc sibi a nobis delatum honorem acceperit, quam S. vestra debebit nobis, qui eum ad ipsam, tam promptis et alacribus animis deferamus.

Atque ejus quidem rei magna nos jam spes tenet, primum intuentes res ipsas gestas superiorum temporum S. vestrae, deinde autem habentes subjecta oculis ea pacta et promissa, quae ordinibus regni nostri, magna universae nobilitatis frequentia, non modo verbo pacta sunt, sed etiam jurejurando, per S. vestrae et S. D. fratris S. vestrae legatos ac commissarios roborata. Quae omnia cum S. ipsa quoque vestra solenniter et de more interposita religione confirmabit, quemadmodum quidem eam facturam esse, et legati ipsius apud regni nostri ordines receperunt, et nos minime dubitamus, procul dubio in multo majorem spem erigemur, constituendi suo tempore regni nostri, in statu optabili ac beato. Hoc magis autem si S. vestra, perfuncta hic religiosa ista promissorum et pactorum suorum, quae per legatos suos cum ordinibus nostris inivit, confirmatione, dederit etiam operam, quod quidem ab illa majorem in modum, omnium a quibus missi sumus ordinum nomine, petimus et quaesumus, ut rebus in provincia et dominiis suis recte constitutis, venire in regnum nostrum, vel potius jam fere suum, maturet; et ibi reliqua, quae agenda supererunt, naviter aggrediatur, et quod unum est et viri et regis proprium, re ipsa expleat et denique factis ipsis exprimat ac repraesentet.

Quo quidem animo, quoniam S. vestram maxime esse praeditam, Senatus et omnes ordines, qui nos huc miserunt, non dubitant, ideirco ad inflammandam eam ad hoc genus gloriae, multis verbis non utuntur, sed rebus potius ipsis et insignibus quibusdam indiciis ac ceremoniis, declaraturos se esse jam nunc profitentur, quid de S. vestra in hoc genere sentiant.

Etenim posteaquam S. vestra Deo Opt. ex Max. auspice, in regiam regni nostri pervenerit, destinatum atque adeo de-

cretum et constitutum habent omnes Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae ordines, libentes admodum et volentes, primum lacertos istos S. vestrae vere regios, confirmandi potius quam incitandi gratia, praecipuo quodam et proprie ad inaugurationem regum consecrato, oleo inungere; deinde ipsa quoque tempora S. vestrae, et hanc istam frontis speciem, dignam omnino imperio, aurea ipsa corona praecingere, animo quidem ut videtur, remunerandi potius hoc facto S. vestram pro rebus hactenus ab ipsa gestis bene atque feliciter, quam eam nunc primum ad eas gerendas, inflammandi. Ita, ut S. vestra hoc oleo delibuta et his ac ceteris regiis ornata insignibus, et nostris hominibus augusta, et hostibus metuenda, et omnibus majestate ipsa sua publice veneranda appareat.

Praeterea autem cum iidem ordines regni Poloniae aperte ex legatis et commissariis S. vestrae intellexissent, gratissimum fore S. vestrae, matrimonio cum S. principe et D. D. Anna, relicta sorore S. D. Sigismundi Augusti, nuper vita functi regis ac principis eorum, copulari, non gravate decreverunt et consituerunt cum iisdem S. vestrae commissariis, ut S. vestra S. ipsius in conjugem legitimam accipiat, eamque tam thori sui quam dignitatis etiam regiae, et omnium fortunarum, sociam ac participem habeat; cum spe quidem, si D. Deus voluerit, non ambigua, prolis et posteritatis futurae.

Atque ea sane omnia ut S. vestra bonis jam nunc ominibus ineat, melioribus persequatur, optimis compraehendat, tam Polonia ipsa cum omnibus sibi adjunctis ac foederatis provinciis, quae omnes in S. vestra spem deinceps rerum suarum optimarum amplectuntur, quam ipsa quoque quam longissime patet, Gallia universa, quae hactenus jam non paucos heroicarum S. vestrae virtutum fructus delibavit, Deo aeterno et immortali, eidemque trino et uni, vota pro salute et incolumitate S. vestrae pia facere nunquam intermittit.

Haec fere Oratores publice, non tam quidem continuata oratione, quam ad rerum et temporum et locorum ipsorum occasionem instituta, neque enim uno eodemque aut loco, aut

tempore, et communibus illis salutationibus, et conditionum pactarum tractationibus, et juramentorum exactionibus, et ad regnum invitationibus, perfungentur, sed ut cujusque rei tempus venerit, ita ad quamlibet accingentur, ejusmodi ad omnia cautione adhibita, ne ordo rerum priore aut posteriore loco juxta morem majorum agendarum, confundatur. In illa autem parte maxime omnium elaborabunt, in omnibus quaecumque ad tractanda ea negotia instituentur colloquia, ut conditiones omnes, omnes articuli, omnia capita electionis hujus, ultro citroque hic per oratores Gallos, de consensu omnium ordinum regni hujus constituta, planissime et ad unguem, ex bona fide et animi conscientia, per jusjurandum proprium et solenne S. D. Electi Regis confirmentur, in loco publico et ex Senatus consulto regni illius ad eam rem designato. Cui etiam Oratores ipsi intererunt; et si quid difficultatis emerserit de ejusmodi articulis, id omne prudentia sua tollere et ad facilitatem deducere studebunt, ex officio suo et regni hujus, Serenissimique domini electi Regis dignitate et utilitate, pactis ipsis communibus consentanea.

Inprimis autem difficultatem de articulo, qui est de solvenda et laxanda obedientia subditorum erga S. D. electum Regem, in eum eventum, si quando, quod absit, articuli et conditiones electionis S. ejus, aut etiam libertates ordinum, contrario aliquo actu per S. ejus soluti et laxati, nec re ipsa expleti fuerint; eam difficultatem declaratione illa moderari ac mitigare studebunt, quae hic jam inter regni ordines ex una parte, et ex altera, inter Oratores Serenissimorum dominorum Christianissimi et nostri electi Regis intercessit. Nimirum, conditiones illas et libertates non statim propterea per S. ejus solvi aut laxari existimari debere, si quid ejusmodi per aliquem humanum errorem, ut fit, S. ejus exciderit aut obrepserit, in quo jus et libertas communis laedi videretur; sed tum demum, si, quod absit, quodque nunquam omnino futurum esse confidimus, a volente et sciente S. ipsius, jura libertatesque nostrae ita aut per potentiam opprimerentur, aut per contemptum et

temeritatem indubium vocarentur, ut ne admonitione quidem Senatus aut reliquorum regni ordinum quicquam profectum fuisse videatur.

Quod si forte, praeter opinionem et fidem ordinum regni hujus, S. D. Electum duriorem aut difficiliorem esse viderint, ad confirmanda aut omnia aut unum aliquid ex omnibus, quae hic de consensu omnium ordinum tractata, pacta et conclusa sunt, tum opportune loco suo S. ejus, quatenus opus fuerit, admonebunt, ne se S. ejus, interponenda hac ista difficultate, de confirmandis juramento suo omnibus et singulis pactorum capitibus in minime necessariam omnium rerum suarum perturbationem temere conjiciat. Verendum enim esse, nisi omnia quae scilicet de omnium ordinum consensu pacta et conclusa, ad amussim et plene per S. ejus juramento confirmentur, ne vicissim omnia, quae in favorem S. ejus decreta per ordines et facta sunt, in irritum recidant et infecta, quod absit, reddantur. Sed ad hoc. neque statim, neque acerbe, neque, nisi si res aliter teneri non possit, descendendum sibi esse Oratores existimabunt.

Pacta aut foedera nulla nova Oratores aut inibunt, aut constituent; sed, si quid ejusmodi propositum ipsis fuerit, ad pactum aut foedus aliquod novum cum Gallis sanciendum, in eo se Oratores ad ordines ipsos et ad regnum a quo missi sunt, referre ac provocare demonstrabunt.

Cetera in hoc genere prudentia sua moderabuntur, et discessum ex regno illo S. D. electi Regis ad regnum nostrum quam citissime fieri poterit, procurabunt, in eoque, cum de ratione itinerum S. ejus, tum de reliquis rebus omnibus, Senatum regni hujus tempestive facere certiorem non praetermittent.

KONIEC.

SPIS DOKUMENTÓW,

ZNAJDUJĄCYCH SIĘ

W TRZECIEJ CZĘŚCI AKTÓW PODKANCLERSKICH.

Akta 1571 roku.

(Ciąg dalszy, od dnia 1 Maja włącznie).

I. List Zygmunta Augusta do Alberta Fryderyka Księcia Pruskiego, z Warszawy 1 Maja.

II. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. jak wyżéj.

III. List bezpieczeństwa wydany przez Króla Marcinowi Konopnickiemu, jego wspólnikom i robotnikom, którzy na mocy polecenia Królewskiego udają się dla poszukiwań kopalni złota, srebra, innych kruszców i soli do wsi Rabka. Dat. w Warszawie 1 Maja.

IV. Przywiléj Króla Zygmunta Augusta wydany Marcinowi Konopnickiemu, Floryanowi Morsztynowi, Piotrowi Maffonowi, Adamowi Królowi, Krzysztofowi Herdekowi z Doblina i Bartłomiejowi Ortalle z Werony, na poszukiwanie i dobywanie soli. Dat. j. w.

V. Przywilej wolnego pobytu i handlu w Królestwie Polskiem poddanym Księcia Pruskiego, mianowicie mieszczanom Zoldawskim, znoszący poprzednie rozkazy wydane podstępnie z kancellaryi Królewskiej, w skutku intryg żydowskich. Dat. j. w.

VI. List Zygmunta Augusta do Jana III Króla Szwedzkiego. Dat. j. w.

VII. List Franciszka Krasińskiego Podkanclerzego Koronnego do Kaspra Zebrzydowskiego Wojewody Kaliskiego. Dat. z Warszawy 2 Maja.

VIII. Mandat Króla do magistratu miasta Kazimierza i Nowego Targu w interesie Marcina Konopnickiego. Dat. z Warszawy 3 Maja.

IX. List Zygmunta Augusta do Hieronima Bużeńskiego, Podskarbiego Koronnego. Dat. j. w.

X. „ „ „ do Stanisława Cikowskiego, Podkomorzego Krakowskiego. Dat j. w.

XI. Przywilej zatwierdzający Erazma Czeczotkę w dzierżawie wsi Lubocza i Sołtystwa tamże, jako też we wszystkich prawach jego do dóbr pomienionych. Dat. w Lublinie 1 Kwietnia 1569 r.

XII. Przywilej uwalniający Erazma Czeczotkę z pod zwyczajnéj miejscowéj jurysdykcyi, z poddaniem go królewskiemu sądowi. Dat. z Warszawy 6 Maja.

XIII. List Zygmunta Augusta do Jana III Króla Szwedzkiego. Dat. j. w.

XIV. „ „ „ do Zygmunta Myszkowskiego Starosty Oświecimskiego i Zatorskiego. Dat. w Warszawie 7 Maja.

XV. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, z Warszawy 9 Maja.

XVI. „ „ „ do Piotra Wolskiego, dat. j. w.

XVII. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.

XVIII. „ „ „ do Cesarza Maxymiliana II, dat. j. w.

XIX. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.

XX. „ „ „ do Piotra Wolskiego, dat. j. w.

XXI. „ „ „ do Antoniego Latercyaniego, dat. j. w.

XXII. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.

XXIII. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.

XXIV. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.

XXV. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.

XXVI. Mandat Króla znoszący wyrok bannicyi względem Rugiera Sacellego. Dat. w Warszawie 12 Maja.

XXVII. List Franciszka Krasińskiego do Łukasza Podoskiego. Dat. w Warszawie 15 Maja.

XXVIII. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.

XXIX. List Franciszka Krasińskiego do Piotra Wolskiego, dat. j. w.
XXX. List Zygmunta Augusta do Stanisława Hozyusza z Warszawy, d. 20 Maja.
XXXI. „ „ „ do Księcia Pruskiego, dat. j. w.
XXXII. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, z Warszawy 23 Maja.
XXXIII. List Franciszka Krasińskiego do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
XXXIV. List Zygmunta Augusta do Księcia Kurlandzkiego, dat. j. w.
XXXV. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
XXXVI. „ „ „ do Antoniego Granvellano, Wice-Króla Neapolitańskiego, dat. j. w.
XXXVII. „ „ „ do Kardynała Michała Bonellusa, dat. j w.
XXXVIII. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
XXXIX. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.
XL. List Franciszka Krasińskiego do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
XLI. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.
XLII. „ „ „ do Jerzego Ticiniego, d. j. w.
XLIII. „ „ „ do Adama Konarskiego Biskupa Poznańskiego, dat. j. w.
XLIV. „ „ „ do Hieronima Bużeńskiego, Podskarbiego Wielkiego Koronnego, dat. j. w.
XLV. Potwierdzenie sprzedaży czynszu z domu na Kleparzu Kollegiacie Ś-go Floryana na Kleparzu w Krakowie. Dat. w Warszawie 23 Maja.
XLVI. Wyznaczenie kommissarzy do rozsądzenia sporów między Kasprem Howskim z jednej i poddanemi Księcia Pruskiego z drugiej strony. Dat. w Warszawie 25 Maja.
XLVII. List Franciszka Krasińskiego do Alberta Fryderyka Księcia Pruskiego, z Warszawy 26 Maja.
XLVIII. List Zygmunta Augusta do Cesarza Maxymiljana II, z Warszawy 30 Maja.
XLIX. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, d. j. w.

L. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
LI. „ „ „ do Marcina Kromera, z Warszawy 1 Czerwca.
LII. List Zygmunta Augusta do Karola IX Króla Francuzkiego, z Warszawy 8 Czerwca.
LIII. „ „ „ do Karola Danzai, dat. j. w.
LIV. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
LV. „ „ „ do Stanisława Barzego Wojewody Krakowskiego, z Warszawy dnia 12 Czerwca.
LVI. „ „ „ do Karola Soderyna, dat. j. w.
LVII. List Zygmunta Augusta do Papieża Piusa V, z Warszawy 13 Czerwca.
LVIII. „ „ „ do Rzeczypospolitéj Lukkańskiéj, dat. j. w.
LIX. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
LX. „ „ „ do Kamilla Brankacego, dat. j. w.
LXI. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.
LXII. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
LXIII. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
LXIV. „ „ „ do Andrzeja Angeli, dat. j. w.
LXV. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
LXVI. List Franciszka Krasińskiego do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
LXVII. „ „ „ do Adama Konarskiego Biskupa Poznańskiego, d. j. w.
LXVIII. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
LXIX. „ „ „ do Kardynała Commendoniego, dat. j. w.
LXX. „ „ „ do Brankacego, dat. j. w.
LXXI. „ „ „ do Jerzego Ticiniego, dat. j. w.
LXXII. List Zygmunta Augusta do Jakóba Uchańskiego Arcybiskupa Gnieźnieńskiego, z Warszawy d. 14 Czerwca.
LXXIII. List Franciszka Krasińskiego do Marcina Kromera, z Warszawy 26 Czerwca.

LXXIV. List Zygmunta Augusta do Elektora Brandeburskiego, z Warszawy d. 28 Czerwca.
LXXV. „ „ „ do Księcia Pruskiego.
LXXVI. Mandat Króla do magistratu miasta Krakowa, w sprawie pomiędzy sukiennikami i krawcami Dat. w Warszawie 28 Czerwca.
LXXVII. List Franciszka Krasińskiego do Andrzeja Angeli z Warszawy 3 Lipca.
LXXVIII. „ „ „ do Sebastyana Montelupiego, dat. j. w.
LXXIX. „ „ „ do X. Jezuity Teodoryka, z Warszawy 4 Lipca.
LXXX. „ „ „ do Piotra Wolskiego, dat. j. w.
LXXXI. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
LXXXII. List Franciszka Krasińskiego do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
LXXXIII. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
LXXXIV. Mandat Króla do urzędników celnych względem wolnego przewozu bez żadnéj opłaty, beczek z winem i innych rzeczy Marcina Kromera, Koadjutora Biskupstwa Warmińskiego, spławianych po rzece Wiśle do Prus. Dat. w Warszawie 5 Lipca.
LXXXV. List Franciszka Krasińskiego do Marcina Kromera, z Warszawy 7 Lipca.
LXXXVI. Mandat Króla do kapituły Warmińskiéj, o uznaniu Marcina Kromera Koadjutorem tegoż biskupstwa. Dat. w Warszawie 10 Lipca.
LXXXVII. List Zygmunta Augusta do Marcina Kromera, dat. j. w.
LXXXVIII. Mandat Króla do magistratu miasta Elbląga, względem poskromienia prześladowań kapłanów i znieważania obrządków katolickiego kościoła. Dat. j. w.
LXXXIX. List Franciszka Krasińskiego do Marcina Kromera, z Warszawy 12 Lipca.
XC. Memoryał posłów Cesarza Maxymilijana II-go, złożony w kancellaryi królewskiéj, w Warszawie dnia 10 Lipca 1571 r.

XCI. Odpowiedź Króla Zygmunta Augusta posłom Cesarza Maxymiljana II, w Warszawie dnia 14 Lipca.
XCII. Odpowiedź posłów na powyższą odezwę Króla Polskiego, w Warszawie dnia 19 Lipca.
XCIII. Druga odpowiedź Króla posłom Cesarza Maxymiljana II, w Warszawie dnia 21 Lipca.
XCIV. List Zygmunta Augusta do Stanisława Kłodzińskiego, z Warszawy dnia 18 Lipca.
XCV. List Franciszka Krasińskiego do Stanisława Hozyusza, dat j. w.
XCVI. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.
XCVII. „ „ „ do Hieronima Foglioli, dat. j. w.
XCVIII. „ „ „ do Jerzego Ticiniego, dat. j. w.
XCIX. „ „ „ do Albrychta Łaskiego Wojewody Sieradzkiego, dat. j. w.
C. List Zygmunta Augusta do Kardynała Sabella, d. j. w.
CI. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, z Warszawy dnia 25 Lipca.
CII. List Franciszka Krasińskiego do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.
CIII. List Zygmunta Augusta do Cesarza Maxymiliana II, dat j. w.
CIV. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
CV. Przywilej Augustowi Burlamachi i Janowi Nobili, kupcom Lukkańskim, na przyjęcie pod jurysdykcyą królewską i na wolne prowadzenie handlu w miastach królestwa. Dat. w Warszawie 25 Lipca.
CVI. List Zygmunta Augusta do Kardynała Commendoniego, z Warszawy 30 Lipca.
CVII. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, z Warszawy 31 Lipca.
CVIII. List Zygmunta Augusta do Kardynała Hozyusza, z Warszawy 1 Sierpnia.
CIX. List Franciszka Krasińskiego do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
CX. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.

CXI. Mandat Króla o wyznaczeniu rocznéj pensyi złotych trzystu Doktorowi obojga Praw, Andrzejowi Patrycemu Nideckiemu, Sekretarzowi Królewskiemu, Archidiakonowi Wileńskiemu. Dat. w Warszawie 1 Sierpnia.

CXII. Mandat do Podskarbiego Bużeńskiego, o wypłaceniu wyznaczonéj rocznie pensyi Andrzejowi Patrycemu Nideckiemu, dat. j. w.

CXIII. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, z Warszawy 8 Sierpnia.

CXIV. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.

CXV. List Zygmunta Augusta do Franciszka Forgach de Gimes, z Warszawy 12 Sierpnia.

CXVI. List Franciszka Krasińskiego do Michała Radziejowskiego, z Warszawy 15 Sierpnia.

CXVII. List Zygmunta Augusta do Marcina Kromera, z Warszawy 15 Sierpnia.

CXVIII. Mandat Króla do kapituły Warmińskiéj, względem koadjutoryi Marcina Kromera i złożenia temuż przysięgi jako Koadjutorowi przez poddanych i Starostów. Dat. w Warszawie 15 Sierpnia.

CXIX. List Franciszka Krasińskiego do Marcina Kromera, dat. j. w.

CXX. „ „ „ do kapituły Warmińskiéj, dat. j. w.

CXXI. Potwierdzenie arendy źródła i studni dla pojenia koni w Wieliczce, wypuszczonéj Jakóbowi Dzierżanowskiemu przez magistrat miasta Wieliczki za summę dziesięciu grzywien rocznego czynszu. Dat w Warszawie 22 Sierpnia.

CXXII. Mandat Króla do Stanisława Barzego Wojewody i Starosty Krakowskiego, względem uwięzienia żyda Salomona Behem, za nieuiszczenie do skarbu królewskiego summy siedmset czterdziestu pięciu złotych. Dat. w Warszawie 21 Sierpnia.

CXXIII. List Franciszka Krasińskiego do Soderynów, z Warszawy 29 Sierpnia.

CXXIV. „ „ „ do Hieronima Bużeńskiego, z Warszawy dnia. 2 Września.

CXXV. List Franciszka Krasińskiego do Mikołaja Konarskiego, dat. j. w.
CXXVI. List Zygmunta Augusta do Papieża Piusa V, z Warszawy 3 Września.
CXXVII. „ „ „ do Stanisława Hozyusza, z Warszawy 4 Września.
CXXVIII. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
CXXIX. List Zygmunta Augusta do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.
CXXX. „ „ „ do Piotra Wolskiego dat. j. w.
CXXXI. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.
CXXXII. „ „ „ do Antoniego Latercyaniego, dat. j. w.
CXXXIII. „ „ „ do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.
CXXXIV. List Franciszka Krasińskiego do tegoż, dat. j. w.
CXXXV. „ „ „ do Piotra Wolskiego, dat. j. w.
CXXXVI. „ „ „ do Sebastyana Montelupiego, dat. j. w.
CXXXVII. „ „ „ do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j w.
CXXXVIII. „ „ „ do Jerzego Ticiniego, dat. j. w.
CXXXIX. „ „ „ do Antoniego Petraroli, dat. j. w.
CXL. „ „ „ do Andrzeja Angeli, dat. j. w.
CXLI. Mandat Króla do Konstantego Carneadi, dzierżawcy ceł o przywileju Soderynów, na mocy którego wolni są od wszelkich opłat celnych. Dat. w Warszawie dnia 5 Września.
CXLII. List Zygmunta Augusta do Macieja Góreckiego, z Warszawy 8 Września.
CXLIII. „ „ „ do tegoż, dat. j. w.
CXLIV. Potwierdzenie zastawy Kłodna, wypuszczonego przez Albrychta Łaskiego Wojewodę Sieradzkiego w summie dwunastu tysięcy siedmiuset złotych kupcom Soderynom. Dat. w Warszawie 10 Września.

CXLV. List Zygmunta Augusta do Kardynała Farnese, dat. j. w.

CXLVI. List Franciszka Krasińskiego do Sebastyana Montelupiego, z Warszawy 19 Września.

CXLVII. „ „ „ do Macieja Góreckiego, dat. j. w.

CXLVIII. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.

CXLIX. List wolnego przejazdu czyli paszport do Wiednia Baltazarowi Pernus, słudze Seweryna Bonara Starosty Rabsztyńskiego. Dat. w Warszawie 20 Września.

CL. List Zygmunta Augusta do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.

CLI. List Franciszka Krasinskiego do Seweryna Bonara dat. j. w.

CLII. Instrukcya poselstwa do Alberta Fryderyka Księcia Pruskiego, dat. j. w.

CLIII. List Zygmunta Augusta do Stanisława Kłodzińskiego, z Warszawy dnia 26 Września.

CLIV. List bezpieczeństwa wydany Małgorzacie wdowie po Feliksie Klis, obywatelu miasta Krakowa. Dat. w Warszawie 29 Września.

CLV. Mandat Króla do Magistratu miasta Krakowa względem Małgorzaty Klis, nieprawnie uwięzionéj przez wierzycieli zmarłego męża, w mieście Tarnowskie Góry, dat. j. w.

CLVI. Mandat Króla do Wójta i Rajców Krakowskich w sprawie Małgorzaty Klis, o nietamowanie jej appellacyi do Królewskiego sądu, dat. j. w.

CLVII. List Zygmunta Augusta do Starosty miasta Tarnowskie Góry, dat. j. w.

CLVIII. „ „ „ do Radców Księcia z Ansbachu, dat. j. w.

CLIX. „ „ „ do Adama Konarskiego i Łukasza Podoskiego, z Warszawy 26 Września.

CLX. List Franciszka Krasińskiego do Łukasza Podoskiego, dat. j. w.

CLXI. List Franciszka Krasińskiego do Stanisława Kłodzińskiego, dat. j. w.

CLXII. List Zygmunta Augusta do Fryderyka II Króla Duńskiego, z Warszawy d. 28 Września.

CLXIII. List Franciszka Krasińskiego do Marcina Kromera, dat. j. w.

CLXIV. List Zygmunta Augusta do Stanisława Cikowskiego, z Warszawy 3 Października.

CLXV. „ „ „ do Fryderyka II Króla Duńskiego.

CLXVI. Przywilej Andrzejowi Patrycemu Nideckiemu, Archidyakonowi Wileńskiemu, Sekretarzowi królewskiemu, uwalniający dom jego, na przedmieściu Warszawskiem przed bramą Krakowską położony, od obowiązku przyjmowania na kwaterę osób jakiegobądźkolwiek stanu lub powołania, niewyłączając Sekretarzy, Dworzan, sług królewskich, ani też Ambasadorów i Agentów zagranicznych Książąt. Dat. w Warszawie 10 Października.

CLXVII. List Zygmunta Augusta do Stanisława Hozyusza, dat. j. w.

CLXVIII. „ „ „ do Adama Konarskiego i Łukasza Podoskiego, dat. j. w.

